

& ericen habetur, hujus nomine illam vocaverit Lenaeus. In indice M.S. ut monet Salmasius, legitur, *myrice quæ & amarica, sive amarix.* Forte scribendum, quæ & tamarica sive tamarix. Totum hunc locum sic scribe. *Myricem tamaricam vocat Lenaeus similem scopis amerinis: sanari dicit ea carcinomata in vino decocta tritaq; cum melle illita. arbitrantur hanc quidem esse tamaricem, sed ad lie- nem præcipua est.* Magis arrideret, *myricem tamaricem vo- cat Lenaeus, similem scopis amarinis;* sanari dicit ea carcinomata in vino decocta, tritaque cum melle illita, sed ad lie- nem præcipua est. Deletis, arbitrantur hanc quidam esse tamari- cem. *Quod* Glossatoris puto, vel negligentia exscri- bentium, qui idem bis scripserunt, in codicem irrepisse. Officinae non tamaricem aut amaricem vocant, sed tama- riscum, quomodo à probatis etiam vocatur auctoriibus. Palladius in Novembri, titul. 8. de apibus. *Hujus men- sis initio apes ex tamarieti floribus reliquisque sylvestribus mella conficiunt.* Emendandus Columellæ codex, lib. 9. cap. 4. ubi de apum pastione agit. *Arbores vero sunt pro- batissima rutila atq; alba ziziphus, nec minus amaranthus, tum etiam amygdale & persice atque pyri.* Et paulo infra, *Mediocris deinde gustus ama:anthini, ac ziziphi flores.* In herbarum censu uti verbascum, symphytum, lupinus, similia- que referendus amaranthus. neutiquam in arborum. annua planta est, quæ vere novo seritur, vel ex semine deciduo re- nascitur. Antiquissimus noster codex habet; *Arbores ve- ro probatissima rutila atque alba ziziphus, nec minus amari- cus.* Scribe, arbores probatissima rutila atque alba zizi- phus, nec minus tamarica (vel tamarix) tum etiam amygdalæ. Altero loco lege, *mediocris deinde gustus tamari- ci, ac ziziphi flores.* Non confundit tamarien cum erica Palladius, nec tamaricem pro erica ponit, ut magni qui- dam volunt viri. Auctorem habet Columellam, qui inter arboreos apum pastus numerat tamaricem. Tamaricem, vel tamaricam ex Græco factū volunt à μύρικῃ, præ- posita syllaba μ-, &c. littera mutata in ταμαρικα. Hoc Becano nostro non placet, cui Belgæ & Alemanni nomen huic dederunt arbori. Latini, inquit, dum tamaricem no- minant, non aliud dicere videntur, quam adstrictas & mini- mè luxuriantes aquarum divitias; quasi εταμ-μερ-ρικη voce nostrati ducerent appellationem: vel, si mavis, domiti stagni divitias dicas, quia eo loco crescit, quem aqua resta- gnans reliquit, jam alveo rursus domito ac resticto. Quare ad fluviorū, & fluminum ripas tamarix libenter crescat, supra satis probavimus. Ideo verò etiam fluminibus ne- cebatur corona ex tamariete, ut inquit, Dios. Chrysostomus orat. de reg. καλαμινούς γομινούς, τὸ πλιόν. γάρ οὐ καθί- θεται μύρικας ἢ καλαμίας ιστφαναμένους, ut fluvios jacentes, nudos, cana barba, multumque promissa, myrica aut arundi- ne coronatos. Placet prius etymon. De Tamarice pauca Theophrastus quæ à nobis jam examinata sunt. De myri- ca hæc Diosc. lib. I. cap. 116. Μυρίκη δέρδερη ιστη- μανος τοῦ λιμναῖς. ηγή τοῖς στασιμοῖς θέματος Φυσιδρού, καρπὸν αποτε- λεῖ. Θεριζουσα βενοῦδε τοῦ τλίον στασιμον. γανάται δὲ περι Αἰγαίων πηγαρος, τοῦ τλίαντος στασιμον. ηρπάτη θεριζουσα μύρικη, απομάλως τοῦ φοτοῦ τοῦ τλίον γανάτη. Myrica nota arbor est apud fluvios ac resides, stagnantesque aquas nascens, fructum ve- luti florem ferens compage muscosum. gignitur & in Ægypto Syriaque sativa quædam, cætera sylvestri similis at fructum ferens gallæ proximum inæqualiter adstringentem. Duo de- scriptit Dioscorides genera, unum sylvestre, alterum do- mesticum. Duo genera agnoscit Plinius libr. 24. cap. 9. Corinthus & quæ circa est regio bryoniam vocat, ejusque duo genera facit. Sylvestrem plane sterilem, alteram mitiorem. Hæc fert in Ægypto, Syriaque etiam abundanter lignosum fructum, majorem gallæ, asperum gustu, quo medici utuntur vice gallæ, & in compositionibus, quas antheras vocant. Ste- rilem inquit esse tamariem, non simpliciter, sed plane ste- rilem. Quippe quod nihil ferat; Ita enim quæ præcedunt sonant, *Vulgus infelicem arborem eam appellat, ut diximus, quoniam nihil ferat, nec seratur unquam.* Idem repetit lib. 16. cap. 26. fructum arborum solæ nullum ferunt, hoc est, ne semen quidem, tamariet scopis tantum nascens. Eadem de causa Nicandro tamarix *μυρικη* dicitur.

Kαὶ μυρικης λαζαρού νέον παναραγητια θεμένον.

Protinus & sterilis myrices virgulta legantur.

Quidam viri doctissimi, ut excusent Nicandrum, *μυρικη* exponunt fructum compage muscosum, quod est contra Græci auctoris mentem, ipsiusque vocis signifi- catum. Scholiaestes, *μυρικη* ηγεων περιβλεπτη, η τοῦ πα- λαιοῦ επειροῦ η πατεροῦ αχαριτου. οὐδέποτε γράποντες η πατεροῦ αχαριτου, ιπειδη αχαριτος ησι, μυρικη. Scholiaestes puta satis clare *μυρικη* Poëtam dixisse scribit, quod nullo

unquam tempore fructum tulit. quæ & eur *μυρικη* dicantur, supra lib. 1. docuimus. sed quam parum sibi constet Plinius, facile animadvertere poteris, si caput 9. lib. 24. diligenter perlegeris. Eodem quasi spiritu & lemen ferre negat, & semen aduersus phalangia præscribit. Semen, inquit, drachma pondere aduersus phalangia. & araneos bi- bitur, &c. Certum est, muscosum ferre florem, ut ait Dioscorides, ea de causa, ut supra, ex Plinio diximus, syl- vestris brya dicitur; quod arbor sit sylvestris, ac fructum ferat, βενη, id est, mulco non dissimilē. Plin. li. & cap. iam citato. Corinthus & quæ circa est regio bryoniam vocat (ita le- gendū ex loco supra citato, non bryonia) ejus duo genera facit. Corinthus urbs non ignobilis Achaia, quam libr. 13. myricam vocari dixit. Ægyptum myricam fructum gallæ proximum ferre, ait Dioscorides. Idem Plin. lib. 13. *Insigne in ea, quod sativa tantum ferat, gallæ similem fru- ctum.* In Syria & Ægypto copiosa hæc est.

Tamariscus.



Recentiores myricam agnoscunt Germanicam, Nar- bonensem & Ægyptiam. Tamarix Germanica arbor haud magna est, humanam superans altitudinem, caudicis lignosos habet, sed nequaquam crassos, ramulos vero ab his complures ex viridi rubente cortice vestitos, folia vero circa hos frequentia, parva, oblonga, teretia ac te- nua, quasi lineolis transversis, ac obliquis, sine incisuris superficietenus exasperata, indivisa tamen. Colore ex viridi in cinereum tendentia. Flores tenuium surculo- rum fastigia occupant, numerosi, papposi, tomentosi, purpurei; quibus succedit semen papposum, quod per matu- ritatem dehiscentibus conceptaculis, in quibus contine- tur, effluit; & à vento abripitur non minus quam salicis. radix lignosa, in diversa tendens. Duplex genus, ut Vale- riuss Cordus scriptum reliquit, in Germania reperitur; al- terum solidiore ligno, medullaque admodum exili, & foliis tenuioribus, copiosæ ad Rhenum circa Argentoratum nascens: alterum ampliore medulla, foliis latiusculis, ligneo non usq; adeo solido, quod frequens in Da- nubii & Uvertachii ripis, in Vindelica provenit, præser- tim juxta Augustam. Minoris aurem myricæ folia, & cortices pharmacopolæ ad medicinæ usus servant; fuit etiam hodie non minus apud nos quam olim ex ligno ejus pocula doliorum modo circulis circumdata. Quæ in Gal- lia Narbonensi in riguis & maritimis provenit locis, facie est ericæ tenuifolia, caudex autem in cotonei magnitu- dinem excrescit, è qua ad splenem detornantur pocula; in Hispania vero in arboreum excrescit magnā & crassam, ut hominis ulna vix complecti possit. Caudicis cortex scaber, ramuli vero punicante cortice vestiuntur. Fo- lium est, quam Germanica tenuiore, forma cupressi, aut ericæ tenuifolia, colore ex viridi ad cinereum ver- gente. Flores promit in extremis ramis, in oblongis pe- diculis confertos & racematis compactos, quinque foliis constantes, exiguios, non papposos sed rotundos, ad instar oleæ, foris purpurascentes, cum expansi sunt candidos,

candidos, vel ex albō punicēos, qui deinde in exiguum semen tomento involutum efformanter, exiguis veluti valulis inclusum, quibus maturitate dehiscentibus, effluit, ut in salice, populo & similibus. Referunt aduersiorum auctores, se observasse per triduum acinulos soli objectos subsilientes & tripudiantes, vermiculo intus orto agitante, qui pertusis, aut desilientibus tandem granis, foras prodit. Ter plerumque in anno floret, (quod in nostro non semel vidimus horto) vere, aestate, autumno, recentibus floribus, semen jam evanescens, semper subsequentibus. Folia mense Februario cadunt, Martio, vel initio Aprilis novis succedentibus. Germanica mense Mayo ac Iunio florere incipit, ac deinceps tota ferē aestate flores & semen ferre non definit. De sativa hæc Bellonius, lib. 2. cap. 26. Postridie à rivo illo digressi, per arenosa loca iter fecimus, in quibus multæ arbores crescent, præter myricas, que in ingentem magnitudinem attolluntur, gallasque ferunt, ab Arabibus Chermasel proprio nomine appellatas, magni olim in medicina usus, & non paenitendum mercimonium. Prosper Alpinus lativam hanc myricam cap. 9. de plantis Aegypti describit, vocarique ait atle, negatque vulgarem in Aegypto reperiiri. De hoc (vulgato genere) non loquimur, quando ipso Aegyptus planè caret, alterum vero tamarici domesticum in Aegypto spectatur, proceritate figuraque admodum à sylvestri diversum, quod ad magna olivæ magnitudinem crescat; audioque etiam supra Aegyptum in loco Sahit ab iis populis vocato, crescere ad magna quercus magnitudinem, cuius ex lignis carbones faciunt, quibus tota Aegyptus & Arabia utitur, ex eoque ligno multa vasā conficiunt, ad multorum agricantum usum. Folia fert sylvestris tamarici foliis proxima, tamen longiora, & graciliora, apparentque multa capillamenta viridia, qualia in aliquibus equisetis visuntur, ramo appensa, semper viventia; Fructus fert paucos, raros, virides, nucum magnitudine, duros, lignosos, sine nucleo, & videntur ejusdem substantiae esse cum gallis: omnes vero figura inter se differeunt, quanquam in omnibus aspera & inæqualis obseretur, quando alii longi, alii breves, alii rotundi, alii lati, alii crassi, alii graciles existant. Vix tamarici tum in Aegypto, tum magis supra Aegyptum, ubi barum arborum copiosus est prouentus, est ad ignem major, quando nulla ferē alia ligna ad comburendum habeant. Flammam myrica Plutarchus ad vitrum efformandum & emolliendum maximè idoneam esse ad finem libr. 3. symp. scribit. οὐδὲ τὸν τὸν νίδον μάλαξιν εἰς τοὺς διάγεσον εἴται δοῦτο μυρίους. Flammam è myrica ad emolliendum & formandum vitrum ajunt esse accommodatissimam.

Καὶ σὲ τῇ θελάτῃ, Theodorus ὑλίματα materias humiles exponit, & legit ιδια, τῇ οὐδὲ ημᾶς, αὐτῷ τῷ τῷ διδεῖ. Quid οὐληα, supra exposui, & herbam vel fruticem significare probavi. Verte ergo, etiam in mari apud nos herbae quedam proveniunt, apud exteriores etiam arbores; ut in mari Indico.

Ως εἰπὼν τῆς ιλατῆς. Omnino scribendum, ut monuit Scaliger, τῆς θελάτης. Plinius hunc locum paulo negligenter excipit. Nascentur, (inquit libr. 13. cap. 25.) & mari frutices, arboresque minores in nostro. εἰς μὴ τῇ οὐδὲ ημᾶς μυρίους. Verit, arbores minores, cum debuisse dicere, que in nostro nascentur mari humiles sunt plantæ, sive herbae. Non enim διδεῖ, sed οὐληα subintelligendū. Quod an recte frutices verterit, dubitatione non caret. Quippe musci, phuci marini, ad herbarum potius, quam fruticum classem referri debent, quanquam, ut verum fatear, eo etiam referri possunt. Quæ sequuntur, lege uti apud Scaligerum, τῇ οὐδὲ ημᾶς, εἰς τῷ φατεώταλη, & ηγιόντα εἰτια αἱ ιδια ταχέη τούς τούς. Que apud nos reperiuntur, manifestissima sunt, & vulgarissima, que apud alios sunt pro loco ratione propria sunt. In Basileensi codice, locum hunc corruptum alterisco indicatur, καὶ ιδια ταχέη τούς τούς, ιδια, οὐκ δρός. Asteriscum, cur sustulerit corrector, non video.

Κατέψει τῷ φύκῳ. Ita scribendum, sed primum videbimus utrum βενός θελάτης & φύκος res eadem, an vero diversa sit. Aristoteles libr. 8. hist. Animal. tanquam diversas ponit, cum scribit, τῷ φύκῷ καὶ τῷ βενῷ; Etiam οὐδὲ φύκος εἰς βενόν diversis capitibus agunt Dioscorides, & Galenus. Apuleius in Apologia. Denique muscum & algam (βενός muscum, φύκος algam vocat, ut mox dicam) & cæsarea mari ejactamenta, que ubique littorum expellentur, salo expuuntur, tempestate reciprocantur, tranquillo deseruntur. Si unum idemque genus βενός & φύκος, Apuleius scripsisset, muscum, quem & algam vocant. Particula & facit disunctionem & diversitatem. Contrarium ramen, nempe idem esse, ex ipsius Theophr. auctoritate probatur. Nam cum secundum phyci genus describens

ait, ἀλλο οὐδὲ βενός οφύλως, &c. Etius lib. 1. φύκος, βενός εἰς τὸ θελάτην, Neophytus. φύκος βενός ιερός θελάτης. Hesych. φύκια θελάτην βρύα. Puto Græcos quoddam indifferenter βενός & φύκος muscos vocasse marinos, idque secutum ἔτιum; alios vero βενός dixisse, quod quidem in mari provenit, sed petris, scopulis aliisque rebus adnascentur, quodque tenuius est & minus. Hesychius. βενά ἡ γινήται εἰς περιφύλακτον ἀληθινόν τῷ φύκῷ ή φύκιον. Bryon quod supra petras nascitur, dicitur & phycus & phycion. Ceriè Dioscorides βενός vocat, quod laxis, ostreis, scopulis adnascentur capillaceum & gracile; ad herbarum genus accedens; phycos vero quod longum & latum, & ad fruticum genus accedit, & in littus ejicitur. Ideo Græci φύκος dicunt, τὸ τὸ θελάτην χερτόδεις θελάτην εἰκόνα μαριναν herbam atque ejactamentum quod mari astu in littus effunditur. βενός θελάτην Latinis muscus marinus. φύκος ulga dicitur. Quod tamen negat Plinius loco citato. Non habet lingua alia nomen, quod Græci vocant phycos, quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur, hic autem est frutex. Algam videtur vocare quod Dioscorides βενός θελάτην. Vult enim Plinius, id quod Græci φύκος appellant, Latino nomine carere; nam algam herbam potius esse, φύκος autem fruticem. Dioscorides, βενός, ut dixi, quod tenuius & minus, quod vero majus & crassius φύκος vocat. Theophrastus vero φύκος alterum genus herbacea planta, ut & Plinio. Cum ait, Alterum genus eiusdem folio capillaceo, simili fæniculo, in saxis nascitur. Quin & ipse Plinius φύκος algam vocat libr. 32. cap. 6. ubi hunc versum Nicandri exponit.

'Hέν δὴ καὶ Φύκιον καταβάλλεται φύκος.'

Ubi Plinius. Et algam maris Theriacem esse Nicander tradit. Plura ejus genera uti diximus, longo folio & latiore rubente. Glofse, Alga φύκος.

Τὸ μὴ ισι τωλαύνθιον τε πυρεῖδες, &c. Codex corruptus. Basileensis & Aldinus habent, τωλαύνθιον, πυρεῖδες; quod magis corruptum; corrigunt τωλαύνθιον πυρεῖδες, id est, tenie modo exorrectum. Alii τωλαύνθιον τε πυρεῖδες, &c. vel πυρηνὰ folium latum, & in longum extensum. Nihil impedit eandem herbam folium & longius & latius habere. Lectio hæc Plini munitur auctoritate, cum libr. 32. cap. 6. scribat, Plura ejus genera, ut diximus, longo folio & latiore & rubente: aliave crispo laudatissima, que in Creta insula iuxta terram in petris nascitur. Sed Dioscoridem sequitur hoc loco Plinius, non Theophrastum. Quare eorum opinionem non rejicio qui πυρεῖδες legunt. Vide descriptionem.

Οἱ δὲ πεζόντες. Plinius lib. 13. cap. 25. Frutex est folia lata colore viridi gignit, quidam πεζόντες vocant, alii ζόστερα. In altero codice, ut monet Pintianus, folio luto, colore viridi, gignit quod quidam, &c. Hæc si vera lectio, Plinius verba Theophr. male intellexit. Neque enim alga hæc gignit, quod alii prafoni, alii zoster vocant, sed ipsum algæ genus sic appellant. Relativum enim & non folium, sed algæ genus refert. Theodorus πεζόντες porrum verit: præstat cum Plinio Græcam servare vocem, ne quis decipiatur, ac porrum, allii genus, putet esse fulcum. Cæterum non omnis muscus, algaque πεζόντες dicitur, sed genus tantum primum Theophrasti. Malè ergo Hesychius, πεζόντες τὸ βούνον τὸ φύκια. πεζόντες dicitur quod viridis sit, imitar porri, dum adhuc in aquis est, nec dum in littus ejectum.

Οἱ δὲ ζωνταί. Putavi quondam, quia de coloribus agitur, legendum ζωνταί, sed cum videtur vocem ζωνταί απud Plinium reperiiri, sententiam mutavi. Doctissimus Gaza vertit, cingulum. Plinius Græcam servavit, quod magis placet; ζωνταί nomen sine dubio accepit, quod cingulum referret.

Πίζανος οὐδὲ ιατρίδα ζωνταί. Ηæc corrupta esse nemo negabit, ζωνταί τε λεπτεῖαι. Græcum non est. Doctissimes Gazam legisse ajunt, ζωνταί vel ιατρίδα τε λεπτεῖαι. Malle vertunt, squamata intrinsecus. Nullas squamas habet fuci radix, sed tunicas, quæ velut in lamellas dispartantur. Scribunt alii, πίζανος οὐδὲ ιατρίδα ζωνταί. Ζωνταί οὐδὲ πυρηνά. Sic legunt, quod Dioscorides φύκος οὐδὲ φύκιον dicit: sed hoc de rota planta Dioscorides non de radice. Legi, πίζανος οὐδὲ ιατρίδα ζωνταί, ζωνταί τε λεπτεῖαι, radicem habet foris hirtam, intus multis tunicis constantem. Hesychius, ιατρίδα, ιατρίδα, φύκος. Suidas. ιατρίδα, ζωνταί, ουκαίτερον τε οὐδὲ οὐδὲ τοῦτο οὐδὲ τοῦτο. Παρεγμένος τοῖς, &c. Quæritur utrum Theophrasti primum, sit etiam primum Dioscoridis libr. 4. cap. 190. φύκος θελάτην ζωνταί τε μόνον τούτον θελάτην, τε οὐδὲ φύκιον τε φύκος, τε οὐδὲ λαδηγά; Φυλέρος οὐδὲ τούτη τοῦτο τε οὐδὲ οὐδὲ τοῦτο.

ωρα, τοις αντηλο. E fuci marini generibus quoddam latum, alterum longum & quodammodo puniceum, tertium candidum, quod in Creta nascitur, juxta terram, pulchre floridum, neque corruptioni obnoxium. Ita in vulgatis legitur codicibus. Tria φύκες genera agnoscit, quod etiam facit Theophrastus, sed plane videntur tota facie diversa. φεγγία, hoc est, juxta terram nascientia duo inquit esse genera, unum ἀλανίφυκον, quod περιστον vocari ait; alterum τελχίφυκον, folio capillaceo; tertium πόνον sive πλαδόν, hoc est, in alto mari proveniens; quanquam & hoc ipsum in Creta φύκος fateatur. In optimo Dioscoridis codice doctissimi non φύκον, sed ψωφοίνον scriptum ajunt. Lacuna in antiquo codice αὐτὸν λέγεται, οὐλαν legi testatur. Quæ lectio stabilitur auctoritate Oribasii, qui οὐλαν legit: etiam Plinii, qui lib. 26. cap. 10. de fuco mariño ait; Præcipue vero liberat eo malo phycos thalassion, id est, fucus marinus. Post tria autem genera ejus: latum, & alterum longius, quadantenus rubens, Tertium crissipis foliis, quo in Creta vestes tinguntur. Idem lib. 32. cap. 6. Plura ejus genera, ut diximus, longo folio & latiore rubente, aliave criso. Scripsit ergo Dioscorides, ψωφοίνον, quadantenus rubens, ut Plinius ait; & οὐλαν, crissipum, non λευκόν album, ut in vulgatis habetur codicibus. Sed inquirendum, utrum primum φύκος Dioscoridis ac Theophrasti idem. Uterque latum esse scribit: sed in tanta brevitate nihil concludi potest. Mirum, inquiunt viri docti, duo genera facere Dioscoridē & ἀλανίον, & τοις ψωφοίνον, quod unicum est Theophrasti. Nam πανοιδεῖς idem illi est quod Dioscoridi ψωφοίνον. An igitur, inquiunt, scribendum in Dioscoride, τὸ μὲν αὐτὸν οἰστὶ ἀλανόν, τοις ψωφοίνον; an potius apud Theophrastum Dioſc. legit, τὸ μὲν οἰστὶ ἀλανίφυκον, τὸ δὲ περιστον? Non putamus, inquiunt; alia non convenient. Nam Theophrastus, πανοιδεῖς ψωφοίνον, Dioscorides ψωφοίνον. Plinius in Dioscoride videtur ita legisse, ut hodie legitimus. Idem plane esse existimant, quod à Theophrasto priori loco recensetur. Dioscorides, ajunt, perperam de duobus accepit, quod unum est. Nec obstat quod Dioscorides φύκος illud dicit esse ψωφοίνον, Theophrastus πανοιδεῖς φύκος. Viride quidem & herbaceum habet folium, sed radicem rubentem summa parte. Theophrastus de illo genere, μίκρα οἰστὶ θαλάσσια, εὔωγενη πυρρά. Ab eo radicis rubore puniceo ψωφοίνον Dioscoridi dicitur, qui de illa specie id intelligit. Plinius alio loco vertit locum illum Dioscoridis, quasi legisset, τὸ μὲν αὐτὸν ἀλανόν & ψωφοίνον. Libr. 32. cap. 6. Plura ejus genera, ut diximus, longo folio & latiore, rubente aliave criso laudatissima; ita distinguendum. Hæc Doctissimorum opinio. Notat Dalecampius in veteri codice scriptum esse, alia longo folio: alia latiore rubente, alia criso, &c. Quæ lectio ex libr. 6. Plinii jam citato, probatur. Frustra volunt Dioscoridem duo fuci confundere genera. Nec n. cum ψωφοίνον dicit, radicem intelligit, sed totam plantam, præcipue ramulos & folia. Melius conciliantur Dioscorides & Theophrastus (quod tamen non probo) si dicamus, Dioscoridem jam exsiccatum & in littus rejectum φύκος describere. Theophrastum vero quod in mari adhuc degit, & submersum est, vel mari innat. Docet experientia, norunt Botanici, sciunt qui littora incolunt, fuci quædam genera, dum in mari sunt, alia porraceo sordido colore, alia luteo sordido virere; mox in littus rejectum, aquaque destitutum primum puniceum, dein admodum nigrum fieri, vel ex puniceo nigrum. Ita quidem conciliari possent Dioscorides & Theophrastus; sed uterque diversum genus describit, nec Dioscorides, ex uno duo fecit genera. Facilius hoc dicitur quam probatur. Interea primum genus, quod ἀλανόν dicit Dioscorides, & quod ἀλανίφυκον dicit Theophrastus; idem esse, nec negare velim, nec contrarium defendere. Ex illa brevitate, qua utitur Dioscorides, certi nihil concludi potest. Videtur φύκος à Theophrasto descriptum esse quod Belgæ nestelen, id est, ligulas adstrictorias vocant. Toto tractu Mediterraneo ad aquas Maricinas, Adriatici & Occidui maris universi pene littoribus nihil vilius & frequentius fluctuante alga. Graminea, aut arundinea dici potest, quod folio sit è spicatis torulis unicam crassis, graminis & arundinis minore, sed æqualiter lato ac molliore, flaccido nec mucronato vel acuto, quale est gramineum, pollicari latitudine, ulnae longitudine, undis innatante, figura ligulae, unde & roster forte dicta, aut teniae vittatae. Ideo Theophrastus πανοιδεῖς dixit, colore est atrovirenti. Hanc algam rusticæ littoribus ejectam, & æstate dispersam, ut foeniseces raftellis accumulant, & in campo expositam furcillis versant, quoad probe siccata fuerit; deinde probè arefactam foeni instar in metas construunt, aut in foenia vel palearia inferunt; eaque sunt quæ tum præpa-

rant pecorum, boumve hybernæ stabulationi stramenta; Ex eo qui hinc conficitur fimo, agros nimia defrugatione emaciatos & exhaustos stercorant, lato segetum proventu. Veneti iis vitrea vasea quæ procul a portare volunt, involvere ac circumtegere solent, ne mutuo collisu frangantur. Hac probe siccata agricolæ, & qui littora incolunt, tomenti plumarum ac floccorum loco culturas suas fulciunt, quem usum apud antiquos ad fulciendos centones in castris habuit, Vitruvius lib. 10. c. 2. ubi de telstudiis constructione agit. Circum tabulata collocentur crates ex tenuibus virgis creberrime textis, maximeque recentibus, per crudis, coriis duplicitibus consistitis, farctis algæ aut paleis in acetato maceratis circum tegatur machina tota. Cæterum alga dicitur ab algore aquæ, sive quod pedes alliget, quia crassa est foliis ex parte supernatantibus. Φύκος, ut Phavorinus docet, φύκος τὸ χαρτίδες τὸ θελάστης διπλόλημα, οἱ δὲ φυκia φυκι, βούρικα τοῦ εἰ τὸ βούρι τῆς θελάστης γενερίου. Φύκος τὸ φύκος οὐτοὶ θελάστης φυκια, οὐδὲ τὸ φύκος. Φυκια τοῦ θελάστης φυκια, οὐδὲ τὸ φύκος. Φύκος οὐτοὶ θελάστης φυκια, καὶ φυκι. Phycos maris herbaceum rejectamentum, nonnulli φυκia dicunt, herbam in fundo maris genitam, à φύκος generando nomen habet; est enim planta marina. Phycia, marina sunt animalia, aut spuma maris. à φύκος quod nascor significat, vocatur & bryon, phycion & phycis.

Tὸ δὲ τελχίφυκον usque ad τὸ τελχίφυκον τοῦ φύκος, cur non interpretentur causam video nullā. An quia Graeca corrupta? Iam docuerat Doctiss. Scaliger, pro c. αὐτῷ cum aspiratione scribendum, εἰ αὐτῷ. Aliud videtur præterea mendum esse: Neimē πανοιδεῖς τοῦ φύκος legi. Verte, Aliud genus folio capillaceo fasciculi modo, colore nec viridi, nec intense pallido, caule caret, sed per se ipsum quodammodo subrigitur; nascitur super ostrearum testis & saxis, non quemadmodum alterum (roster) in terra ipsa defixum. Terra quidem sive litora tam propinquum est, ut à mari alluatatur tantum, alterum à litora longius distat. Hoc φύκος genus Dioscorides βρένον θελάστης nomine describit libr. 4. cap. 99. βρένον θελάστης φύκια τοῦ θελάστης τὸ φύκος θελάστης, ιχθὺς, ἄκανθας, ingens συπτηνός. Muscus marinus in saxis, testisque ad mare nascitur, capillaceus, gracilis, sine caule, valde adstringentis gustus. Ita caput hoc in editis codicibus legitur. Idem apud Oribasium habetur; eandemq; scripturam in MS. omnibus reperiuntur; uno tantum excepto, in quo, ut Lacuna refert, αὐτὸν τὸ τελχίδες, θριδιάδες lactuca folio legitur. Hanc lectionem propter has causas præferunt viri doctissimi; tum quod ipse Theophrastus musco matino folia tribuit herbacei coloris, lactucis non dissimilia, &c. αὖτοι δὲ βρένον τὸ φύκος πανοιδεῖς, &c. tum quod Plinius (inferius Plinii loci examinantur) pluribus in locis tradat bryon folio lactuce. His ita positis concludunt, corallinam vulgo dictam non esse βρένον θελάστης Dioscoridis. Postremum & nos concedimus, sed probari debet, αὐτὸν τελχίδες, θριδιάδες scribendum. Vulga-


Muscus Marinus vulgaris.



tam lectionem defendit Oribasius. Ex Theophrasto Dioscoridis codex corrigi hoc loco an debeat, inquirendum. Non describit Dioscorides βρένον θριδιάδες Theophrasti, sed φύκος τελχίδες, algam capillaceam. Quod ex eo appareret, quod ea omnia de bryo referat Dioscorides, quæ de hoc fuso

fuso capillaceo Theophrastus. Uterq; folio inquit esse capillaceo, gracile Dioscorides βενος ait. Φυκος Theophrasti εργαλιον, & alga & bryon: quod de lactucæ simili bryo taceret Theophrastus, quod tamen sine caule esse fatemur. Accedit, quod corallina (quam algam statuant capillaceam, quamvis bryon negant) validius adstringat, quam quod lactucam refert. Capillaceæ algæ, quæ testis innascuntur infinitæ. Vulgarissima, cuius imaginem damus, ex multis tenuibus mollibus capillamentis spicata congettis cohæret, colore subalbidus; humilis autem hic est, & duorum digitorum altitudinem, ut plurimum, vix excedit. Corallinam vulgo dictam afferunt φυκος capillaceum. Horum cur improbem opinionem causam habeo nullam. In scopolis & testaceis marinis nascitur, gracile est, caule caret, & quodammodo erigitur, colore est neque viridi, neque intense pallido, sed cinereo, sive subalbicante, subinde non nihil rubente: substantia admodum dura, ad lapideam accedente; unde corallinae nomen accepit. Et hæc durities obstat quo minus posse esse φυκος capillaceum Theophrasti. Talem saltem huic adesse non tradit Theophrastus: sed ut dixi, infinitæ algæ folio capillaceo; nec omnes caulinco carent, uti genus quod algam abrotani folio vocant, cuius addidimus imaginem. Foliis est laciniatis, fimbriatis, altioribus di-

Fucus marinus folio abrotani maris.



visuris, absinthii, arthemisiae, & abrotani maris foliulis non dissimilibus, sed nonnunquam triplo minoribus, radicem asphodeli & quantibus, colore quadantenus rubentibus & ferrugineis. De alga hac Plinius lib. 13. cap. ultimo hæc tradit: Alterum genus ejusdem capillaceo folio simile fæniculo in saxis nascitur, superiorius in vadis, haud procul littore, verno utrumque, & interit autumno. Θεοφραστος διδωμι exponit, superiorius (roster scilicet, eadem & Theophrasti sententia) in vadis haud procul littore. Vadum est locus in mari, flumine, lacuque tam parvæ profunditatis, ut pedibus transire possis; quale mare littori vicinum solet esse. Atqui Theophrastus profundiori mari rostera nasci scribit. Non igitur, ut Plinius ait, in vadis nascitur. In terra quidem defixum φυκος hoc, sed tamen profundiore mari provenit. Quæ sequuntur nec integra nec sincera sunt, videntur multa desiderari verba; confer cum Theophrasto. Nec capillaceum extremo vere nasci, autumno interire scribit Theophr. sed de eo genere, quod ad Herculis nascitur columnas; ut magnis placet viris:

Ως παλαισται, &c. Παλαισται dicitur qui est magnitudo palmi, hoc est quatuor digitorum, & dodrantali mensura. Παρουση mensura quæ palmus dicitur. Duplex esse traditur minor digitorum quatuor. Græcis παλαισται & ut Pollux lib. 2. scriptum reliquit, δέκαν & δεκαοδόκιμον, cohaerentes quatuor digiti. δέκαν δι συγκλισθετες οι τεσσα-

ρες διάκτολοι, ηδε δεκτυλοδόκιμον. ηδε αύτοις παλαισται ιδιοτυποι. Major duodecim digitorum à Græcis απογεμνον vocatur. Plinius lib. 7. cap. 2. dodrantem interpretatur, id est, quantum est spatii inter expansum summum pollicem & extreum minimum digitum. Sed de hac re egit lib. 2.

Φιγοτας οι τοῦ. Male Aldinus codex φαιγετη. Possunt hæc melius & fidelius in hunc verti sensum. Nascitur quidem φυκος circa columnas Herculis in externo Oceano, mira proceritate, latitudine ampliore, quam ut palmo & quarti possit. Fertur hoc ad mare internum fluxu extrinsecus, ad internum vero sive mediterraneum mare desertur Oceani vel maris externi influxu. Vel, si Gazæ versionem velimus servare, fertur hoc ad mare (cum videlicet refluxum est) introrsum, cum fluxu foras. Prima versio præ ceteris arridet, deinde secunda.

Επι των, &c. Hanc periodum non verterunt. Scribe, επι των. Interpretare. Iстic quibusdam in locis tam alie surgit, ut hominum umbilicum magnitudine superet. Poteſt etiam verti; Iстic quibusdam in locis hoc tenus crescit, usque superiore parte formam umbilici accepit. Sed an id verum sit, ignoro: nunquam enim vidi hoc φυκος genus. Prior interpretatio præstat. De magnitudine, non de forma agit Theophrastus.

Τον μετωπον οι φιλια. Vertunt, minni autumno. Non puto decrescere, sed langescere vel flaccescere, quod τον φιλια significat.

Απανθροπος γινεται. Vertunt, obscuriora. Sed magis arriet, imbecilliora vel flaccidiora hyemi fieri.

Ταῦτα μετωπα καταγινεται. Verte, hi igitur suci circa mare propellitus seu terram crescunt. marinus vero fucus, quem spongei urinando expiscatur, in alto mari nascitur. Σπορεις, sive αποσποραι urinatores, spongei, & spongatores, teste Cælio Rhodigino lib. 8. cap. 11. Ut qui purpuras captant, vocant Latini purpurarios & purpratores; murilegulos Iuris consultus vocat. Vide Iustiniānum Codicis libr. 11. titulus de monetariis & murilegulis. Πιλάζον est, quod in alto nascitur mari, procul a littoribus. Vult igitur Theophrastus marinum fucum & Cretensem qui in alto mari colligitur, non in littore, ut alia algarum genera reperiri.

Και ει Κρήτη οι, &c. Plinius libr. 12. Circa Cretam insulam nato in petris purpuras quoque inficiunt, laudatissimo à parte Aquilonis, aut cum spongei. Cretensem fucū Dioscorides folio inquit esse crispo. Verba Dioscoridis supra examinavimus. Plinius lib. 26. cap. 10. Tertium crispis folis, quo in Creta uestes tinguntur. Idem lib. 32. Aliave crispo. Laudatissima (alga) quæ in Creta insula iuxta terram in petris nascitur, tingendis etiā lanis ita colorem alligans, ut elui postea non possit. Postremum plane videtur fabulum. Contra quippe Theophr. ηις οι ηις φιλια ηις βαθος, πολὺ καθλιον ηις πολύ ηις πολύφυτος. Ita scribendum, male edunt, καθλιον & ηις ηις. Et quandiu tinctura recens est, color longe est præstantior & pulchrior purpura. Ergo coloris remittunt lanæ nec retinent. Qua ergo auctoritate scribit Plinius, alga Cretica colorem adeo alligari, ut postea elui non possit. Id ex verbis Dioscoridis male intellectis habet. Dioscorides φυκος Creticū οι ασημις οι φιλια, ηις ασημις ait. Ασημις, hoc est, corruptioni non obnoxiam ipsam algæ plantæ vult Dioscor. Plinius ad colorem quem tingit alga retulit, cum de colore sermo non sit auctori Græco. Nec verba jam citata de herbæ ipsis colore & substantia intelligi debent; nam alterius φυκος præcedit descriptio. Algæ hanc sive φυκος illudit esse ρινόπτερος & ρινόπτερος, idest, paulo longiore, colorumque habere quadantenus puniceum. Mox de Cretica alga verba, οι ασημις οι φιλια ηις ασημις subjicit. Algæ priori eolori ρινόπτερος subpuniceus, tertiae sive Creticæ οι ασημις color ad plenum puniceus & floridus. De herbis ipsis, ut dixi, sermo est, eoq; colore, quo ab ipsa natura sunt prædictæ, neutiquam de tinctura qua lanas, vittas, aliasq; res tingunt. Vocem ασημις de colore permanente ac pertinaci nunquam usurpant Græci, sed dicunt ρινόπτερος, ρινόπτερος, μινόπτερος, αρινόπτερος, βινόπτερος, αρινόπτερος, ινόπτερος, αινόπτερος, αινόπτερος, αινόπτερος, αινόπτερος. Idem Plinius verba Theophrasti, καθλιον ηις πολύ ηις πολύφυτος, male accepit. Ait enim lib. 3. alga Cretensi purpuras infici. Purpuras infici, est, ut recte monet Clariss. Salmalius, lanas vestimenta aliasve res purpureo imbuere colore, tingere purpureum colorem. Sic tyria ac conchyliæ herbis tingi refert, quæ tyrium & conchiliatum colorem tingendo imitatur. Transalpina, inquit, Gallia herbis tyria & conchyliata tingit, & omnes alios colores. Theophr. rō scribit, Cretica alga tænias, vittas, lanas, vestimenta tingi colore purpureo; sed jam dictam algam vestimenta inficere colore quam purpurae præstantiore, ac pulchriore, quandiu recens est.

Hoc genus *φύκης* Nicander *φοινικιοῦ* vocat; eodem, ut Theophrastus testatur, infectores utuntur. *φύκης* nomine etiam radicula quedam prædicta, qua mulieres exalbidæ genarum colorem puniceum roseumque ementiantur. Dioscorides lib. 4. cap. 100. eos reprehendit, qui *φύκη*, quod radicula est, putabant algam, Νίκαρδος δὲ φυκηνή θεωρεῖ εἶναι τὸ φοινικοῦ ἄλλοι οὐδέταν εἶναι φάσι γενάριον. οὗτος δὲ εἰπεῖνος οὐχίον. ομονόμως δὲ καλούμενος φύκης. Nicander puniceum (*Plinius rubens*) vertit libr. 27. cap. 7. alga rubra & scorpionum ictibus,) afferit adversus serpentes valere: Id ipsumque est quo existinavere nonnulli colorem suum mentiri mulieres: cum tamen radicula sit ejusdem nominis, qua se fucant. Negat Dioscorides alga ad fucandum mulieres uti. Anguillara tamē, fuci Cretenis folia à Cretenibus foeminas commanducari, & ad fucum adhiberi, tradit. Ergo usum habet alga Cretenis in fucis. Doctiores quidam *φύκη* radiculam, qua colorē suum mentiuntur mulieres, anchusa radicem existimant. Celeberrimus Botanicus Dodonæus anchusam à nonnullis fucum vocari scribit; sed unde hoc habeat, me ignorare fateor, nullum novi Græcum auctorem, apud quem radix ea *φύκης* nomine significetur. Certe Pollux libr. 5. cap. 16. ubi de ornamentis & fucis mulierum agit; & anchusa & *φύκης* mentionem facit; οὐτοὶ δὲ τοῖς κορωνοῖς πεποιηκαστοί, & φύκης, φυμανθον, ἄγκοντα (γυκας vulgo) *φύκη*. Paulo infra; φύκης πυροτείνει, φυμανθον λασιγίνει, fuco faciem igneo colore aut puniceo fucat, cerussa albo. *φύκη* ergo & anchusa in fucis res diversa. Anchusa quoque radice colorem etiam nativum olim solitas mentiri mulieres, extra omnem est controversiam. Hesychius; ἄγκοντα πίξη φυμανθον αἱ γυναικεῖαι. Male ediderunt, φυκηνὴ τὰ γυναικεῖα. Eleganti purpurissimo malas commendat anchusa, sed de hac alibi. Sed *φύκης* etiam fucabant mulieres. Hesychius, φύκης (male φύκη legitur) εἰδὼς κορωνατικὸν μυνατονίον. Dioscorides fucum hunc vult esse radiculam; Galenus inter metallica ponit, vel inter res è cerussa compositas. libr. 19. simpl. cap. penultimo. Τὸ δὲ τὸ φύκης τὸ φύκην δὲ φυμανθον φυλάττοντο επιλογεῖσαν ταπετηλόφε. οὐ διναόδος δὲ αὐτὸν εἰς τὸ βάθος κατεδίδοι τὸν οὐντόν τοματόν τὸν δύταμον αὐτὸν. Phycos autem servata cerusse frigiditate tenuitatem assumit, ut per eam in profundum corporum quibus admovetur, vis ejus penetrare valeat. *φύκη* ex recentioribus quidam metallum, aut rem factitiam ex cerussa aliisque, negant; Galenumque validè errare; & eodem in errore Aetium esse quoque scribunt; alii factitium medicamentum esse probant, radiculamque esse negant. Placet aliis, Dioscoridis codicem corruptum, & quidem ἀντὶ φύκης, φυμανθον, scribendum; cum nihil sit aliud *φύκη*, quam cerussa ipsa, varie litora ad mulierum fucos præparata. Sed cerussa album tingit colorem, rubrum vel puniceum phycos. Alioquin enim, si *φύκη* albo inficeret colore, nemō *φοινικοῦ φύκης* Nicandri, & quo faciem fucabant mulieres, idem putasset. Certe rubrum indidisse colorem *φύκης*, sacra testatur pagina. Nam in sapientia Salomonis cap. 13. ita scriptum, ubi agit de idolis quæ artifices minio & phycos rubefaciunt, μητρέσσα μιλτον, καὶ φύκει ἕγειρας χρῶν, &c. Hanc difficultatem quomodo solvam, non video. Ego, salvo meliori judicio, lapsus puto Dioscoridem, mulieresque & fuco Creteni, & anchusa radice fucasse, & has quidem fuco, alias anchusa radice, coloreisque purpureum, quem & *φύκης* & anchusa dabat, fucum à Latinis vocatum. Fucum apud Latinos accipi pro omni medicamine, quo faciem tingunt mulieres, ex Plauto probatur in Capt. *Vetula edentula*, quæ vitia corporis fuco occultant; ubi se fudor cum unguentis consociavit, illico itidem olen, quasi cum una multa jura confundit coquus. Tibullus.

*Quid fuco splendente comes ornare? quid ungues
Artificis docta subsecuisse manu?*

Dioscoridem ignorasse puto vocem fucum, apud Latinos adeo latè accipi, & pro quaunque re qua fucabant, poni. Corrigendus præterea Plinii codex. Malè edunt, *A parte aquilonis aut cum spongiis*; Antiquus noster codex habet, *aut spongiis*; Scribendum, laudatissimo à parte aquilonis, *ut spongiæ*, ex Theophrasto, οὐτε εἰς αὐτοὺς. *φύκης* quoddam genus, musci vel *βενεν* canarii nomine, accepi, *ιρσέλ* vulgo vocant, ceruleum tingit colorem, crispis non est foliis; ergo non est Cretica alga Theophrasti; de qua hoc unum dicere restat, quod penè exciderat, viros doctiss. contendere legendum, τῷτον καὶ καταλογοῦ & subintelligendum, οὐτε, non καταλογοῦ, ut in excusis habetur. Non video, cur vulgatam rejiciant. Si volunt subintelligendum οὐτε, nescio utrum verū scripserit Theophrastus. Spon-

giæ enim, quod sciām, non tingunt. De tota planta ejusque substantia loquitur Theophrastus. Plinius libr. 31. cap. 11. Quin & ejus quæ ab Aquilone sunt genitæ, (spongæ) præferunt cæteris, nec usquam durare spiritum medici affirmant.

Ἄλλα γάρ ιστι οὐ μοια τῇ φύκει, &c. Corruptus codex, sed facile emendari hoc loco potest. Qui enim linguam Græcam de limite salutavit, videt legendum, ἀλλογράφοις οὖσαι. Idem paulo infra scribet, ήτος ἀγροτιδοῖς, non τῇ της. Plinius libr. 13. Tertium est graminis simile, radice geniculata & caule, qualiter calami. Nec hæc Plinius latè ad mentem Græci auctoris reddidit. Fucum hunc Theophrastus graminis inquit esse similem; rationem addit, quod folium habeat graminis similem, radicem geniculatam, longam, obliquè adhærentem, ad instar graminis Caulem ait esse arundinaceū modo graminis; Plinius simpliciter inquit graminis similem radicem esse, geniculatam, & caulem qualiter calami. Nullum traxit Theophrastus, radicem hujus fuci geniculatam esse instar calami. Alio modo calami radix geniculata, alio graminis; quanquam arundinis genus reperiatur geniculatum instar graminis. Nec caulem instar arundinis geniculatum scribit Theophrastus, sed simpliciter ait esse arundini similem, qualis est graminis. Sed in his facile excusari potest Plinius; nempe, quod præter Græci auctoris mentem nihil referat. Falluntur qui fucum folio gramineo putant corallinam. Nullam cum foliis corallinæ similitudinem habent folia graminis. Major error illorum, qui contendunt, corallinam eam esse algam, quam Dioscorides φύκης λαδηνη, aut foliis crispis tortisque, aut etiam mollibus οὐλοῖς nominat. Corallinæ folia non sunt mollia; eadem ad tincturam inepta, nec in Creta, sed aliis locis maritimis reperitur, Galliæ, Hispaniæ, Belgii.

Ἄλλο δὲ βότενον, &c. Plinius libr. 13. Aliud genus fruticum Bryon vocatur, folio lactucae, rugosiore tantum, jam hoc interius nascentis. Hæc Plinius verba consideratione non parva indigent. Non commisit tot errores Plinius, ut multi existimant. Grande peccatum, inquiunt, quod ait, aliud genus fruticum; Non ex fruticum genere illud βρύον, sed herbarum: Omnia illa quæ præcessere, φύκης, genera apud Theophrastum, & ιδάτης esse dicuntur. καὶ τὰ ίδη, inquit, paulo inferioris, ιδάτης χιτών τετράτη, ή ή δρῦς, &c. Inter majora maris virgulta queruscet abies, quæ tamen cubitalem magnitudinem non excedebant. Cetera de quibus ante traclatis muscorum vel algorum species longè minores, & herbis poriis, quam fructibus adnumerandæ, quarū quædam nec caulem habent, sed solis constant soliis. Hæc virorum illorum doctissimorum sententia. Certe, si ita scripsit Plinius, rectè à viris magnis condemnatur. Sed videntur, utrum Plinius scripserit, aliud genus fruticum bryon vocatur; an vero, aliud genus fucorum bryon vocatur. Supradiximus, quodam nullam inter φύκης & βρύον ponere differentiam. Vide quæ dicta sunt. Facilis lapsus, fucorum, in fruticum. Plinius libr. 26. cap. 10. Præcipue liberat eo malo phycos thassalion, id est, fucus marinus, lactucae similis, qui conciliiis subtermitur (fortè legendum, conchis intermitur) non modo podagræ, sed omnibus articulorum morbis impositus præterquam exaresiat. Satis aperte inquit, vocari algam, fucum. Ergo non præter rationem colligere licet, Plinius fucorum, non fruticum scripsisse. Est aliud, inquit, genus fucorum, bryon vocatur. In Theophrasti codicibus, οὐλοὶ δὲ βότενον, legitur. Corruptus codex. Nil in hoc fuco quod uvam vel racemum referat. Idem Plinius libr. 27. cap. 8. Bryon marina herba (ergo non frutex, ut male libr. 13. scriptum est) sine dubitatione est lactucae foliis similis. Aliud mendum in verbis Theophrasti. Πλὴν γενοτωδεῖσθε. id est, nisi quod aureo magis sit colore; quod vel ipsa experientia falsum esse docet. Eadem ποντιδεῖσθε restituendum docet. Omnes Botanici norunt, folio esse eleganti, viridis coloris, sed rugosiore quam lactuca. Ita ex Plinii locis duobus legendum probatur. Lib. 13. ait, folio lactucae, rugosiore tantum; Malo legere, tamen; ηλλ. Theophrastus libr. 27. cap. 8. Bryon marina herba sine dubitatione est lactucae foliis similis, rugosa, veluti contracta, fine caule, ab ima radice exentibus foliis. Scribendū ergo ποντιδεῖσθε. Doctiss. viri Plin. arguunt, quod ait, bryon marina herba sine dubitatione est. Βρύον inquit, Theophrasto nulla herba marina privatim traditur, sed inter genera ηβενον θελατην five η φύκης lactucae non describit. Non videtur ea verborum Plinii mens, quam tradunt, siquidem jam ante dixit, bryon inter fucorum genera referendum. Non vult ergo privatim herbam esse marinam, sed καὶ ηξοχοῦ βρύον vocari. Et auctorem quidem habet Theophrastum. Gravissime ergo illi erant,

rant, qui muscum cum fuco confundi à Plinio tradunt. Idem Plinius, *arri dñi pias apxns*, legit, *dñi pias pīgn*. Verit enim, ab una radice, & ita scribendum, non ut edunt, ab ima radice. Utram Theophrastus, *dñi pias apxns*, an *dñi pias pīgn* scriperit, videndum. Experientiam si consulamus, vulgata lectio præstat. Quippe nulla huic fuco radix conspiciua, *Aeglu* vocat id in quo nascitur, sive cui adhæret hic fucus, sive lapis, sive testa, sive aliud quid fuerit. Quod sequitur apud Plinium, libr. 13. corruptum est, *rugosiore tantum; jam hoc interius nascens, in alto vero abies & quercus*. Antiquus codex habet, *rugosiore tantum; jam hoc nascens; in alto vero abies & quercus*. Abietem & quercum in alto nasci perperam asserit, inquiunt viri Doctissimi. Theophrastus *αεργαιος αερφ*, esse tradit, id est, interius nasci, & non longe à terra. Alind genus quercus, ibidem scribit Theophrastus in alto nasci. *Φασι δὲ πινες εἰς αέρα ποτίας, οὐ καὶ πεζοὺς φίγου οὐδὲ βάλανος αὐτής γενότων*. Has duas quercus species ille confundit, *τῶις αεργαιοῖς οὐκ οὐτιας, littoralē & in alto nascentem*. Hæc illi. Notat verò Hermolaus in manuscripto legi, *jam hoc in terra nascens*. Antiquus, ut dixi, codex habet, *jam hoc nascens*; quæ comedim corruptum ostendunt. Dalecampii opinio non omnino videtur improbanda. Legit is, *jam hoc (bryon) in alto nascens, terris vero abies vicina & quercus*. Commodius fortè ex Theophrasto quis restituat; *Hoc in tesiis nascitur, terris vero abies vicina & quercus*. Latis ac tenuibus foliis hic fucus aliquantum crispis ac rugosis, eleganter virentibus; caule ac radicibus caret. Oceano Belgico inter saxos scopulos satis hic familiaris est, ipsis adhærens, unde simul cum mitulis, conchis, ostreisque subinde ad vicina defertur loca. Placet Botanicis algam hanc eam esse, cuius sit apud Aristotelem mentio lib. 6. hist. animal. ubi hanc purgamentum esse ait maris, fierique initio æstatis, eaque ostreas, & pisciculis ali. Locus Aristotelis est loco citato, cap. 13. si Gazæ capitum divisionem sequamur; sin vero Scaligeri 12. *Ἐὰν πότινοι καὶ πολεμοῦσι τὸν ἀπόφερτόν την, καὶ τὸν Ἐλληνοτόπον, οὐ καλέσει φύκον. οὐδὲ αἴρεσσι τούτοις οὐδὲ φασι τέτοιο ἀνθρώπου εἶναι Φόβοντος, αἴρει τὸν φύκον εἴτε τούτοις ἀρχαριούν τὸν θάρρον. τέτοιο πείστας, οὐ τὸν ὄστρα, οὐ τὸν ιχθύα τὸν τοῦ τόπου τερπόνι*. *Φασι δὲ πινες εἰς τὸν θαλασσινόν & τὴν περιφέρειαν τοῦ θαλασσινού*. Cum purgatur pontus, fluitat secundo mari ad Helleponsum id quod appellant Græci φυκο, Latini algum. Color huic pallidus, nonnulli φυκος (male φυκο in Græco codice scribitur. φυκο, φυκο, φυκο, ut πυχο, πυχο, πυχο) ex quo etiam φυκio fiat. In eunte æstate fit hoc, quo. & ostrea & pisciculi ea loca qui colunt, aluntur. Maris accolæ, nonnulli etiam purpuram suum ab hoc florem habere tradunt. Declarat his verbis Aristoteles, ortum, tempus, colorem, naturam & usus fuci. Oratum inquit esse, quando purgatur pontus, & fluitat secundo mari ad Helleponsum. Plutarchus libr. de ira cohimbenda, mare purgari tradit, quando ventis exagitatum muscum algamque ejicit. *τὸν μὲν γὰρ θαλασσαν, οὐτοις συνεργοῦσι τοῖς πολύμασι, τοις βενίσιοις καὶ τῷ φύκῳ αινάδηλη παραγόντος λίγυσιν*. Ideo Græci, ut supradicimus, φυκο scribunt τὸν θαλασσινόν καὶ βενίσιον, καὶ λιγύσιον. Colorem inquit αἴρεις, αἴρεις vel pallidus, vel luteus color. Lactucæ foliis fucus colore viridi: ergo non est φυκο de qua Aristoteles, ut arbitrantur nonnulli Botanici. Probabile fit, capillaceum fucum describi à Philosopho. Hinc noster inquit, επωδεις, επιξεπειρηση, nec viride, nec intense pallidum. Tempus ait æstatem esse; (æstivo enim tempore generatur) usum ut pisciculos & ostreas nutritat. Addit alias duas opiniones; florem esse algæ non algam; & purpuram hinc haurire suum florem. Sed quid florem purpuræ vocat? *περφύκος*. "Αἴρος, colorem, nitorem, splendorem, vocat. "Αἴρος non raro pro colore sumitur, Philos. τὸν ίδιον αἴρος φαινεται, Sophocles, εἰς τοις μὲν γυναις ἀλλοις οὐδεις φαίνεται. In eodem significatu dixit Euripedes, *αἴρογκοντο μήτης, χορδοῦ φίλον* colore crocea contexta. textum colore croceum. Solinus cap. 30. de colore & nitore hyacinthi lapidis. Sed ex utroque temperamento lucis & purpuræ fucatum suaviter florem trahat. Tertullianus, & idem Solinus. *Lusitanum litus florat gemma, ceraunio plurimum*. Dubitat, aliquis quomodo flos sive color purpuræ ab alga, cum diversi utrumque coloris. Dicendum, concoctione alium in ipsa purpura acquirere colorem. Purpuram musco algaque vesci, auctor Plutarchus, libr. de solertia animalium. τὸν ιδιωδικα τον βενίσιον εἰς φυκιαν αἰνάδηλην παραγόντος τοις οὐρανοῖς, οἷος εἰς τοῖς οὐρανοῖς καὶ οὐρανοῖς εἰσιστοι αἰνάδηλας παρείχασσοι, επειρησης εἰσιστοι παρείχασσοι. Musci & algæ quicquid est eius ita in suas testas recipiunt, ut iis in orbem exfertis, quasi circularem concivationem præbeant, una alterius alimentum depascente. Nidum ex alga componunt phycides, ut idem eodem libro scribit. *ιδης εἰς φυκιδες εἰς τὰ φυκιαν*

οῖος φετίλιας Διατολαστέρης εἰσιαμπίκινος τὸν γερόν, οὐ ξείνειν δέ τοι κανύδανος. Paulus Petavius, confiliarius Parisiensis regius, legit, *ιδης εἰς φυκιδες εἰς τὰ φυκιδαν*, sed vulgariter lector præstat; quia phycides pīscis apud Aristotelem & Athenæum fit mentio. Verba Plutarchi Latinè sonant. Peculiariter phycides ex alga velutinidum quendam constituentes, eo suum factum ab undis defendunt.

Hæc dñs, &c. De queru & abiete algæ genere hæc Plinius lib. 13. cap. ult. In alto abies & quercus (supra dixi legendum, terris vicina) cubitali altitudine. Ramis earum adhærent conchæ. Quercu etiam tinge lanas tradunt. Glandem etiam quasdam ferre in alto naufragis hæc deprehensa urinantisbusque, & alie traduntur prægrandes circa Syconem. Non describit hic Plinius unum querci genus, ut volunt, sed duo. De priori agit usque verba hæc, glandem etiam, &c. quæ de altero debent accipi quercus genere. In eo tamen errasse videtur Plinius, quod ait, quasdam glandes ferre in alto; cum non ejusdem illud cum priori sit generis, sed diversum. Pro eo quod in antiquo codice scriptum est, ramis earum adhærent conchæ, rectiue, rami earum adhærent conchis.

Περιηγίστεος — usque ad τὸν τῆς φύκος λεπτὸν & μυρικανθεγονον. Hæc videntur corruptissima; & planè contra omnem rationem. Si utriusque arboris faciem spectemus, quercus folia habet multo latiora, crassiora & longiora, quam sunt abietis; cujus folium multo propius ad myricæ accedit, quam quercinum, quod planè tota facie ac habitu dissimile est myricæ folio. Non major inter ignem & aquam, cælum & terram est diversitas, quam quæ in myricæ & quercus spectatur folio. Tota folii facies, forma, diversa; alius habitus, color, posito, latitudo, crassitudo, magnitudo. Omnia, ut verbo dicam, quam maximè differunt. Verisimile autem valde sit, quercum hanc marinam nomen accepisse, quod facie habeat quercinam; contra abietem nominari, quod forma sit abiegnæ. Hoc si verum, necessario sequitur, codicem depravatum, vel Theophrastum quercus & abietis historiam confusisse, multaque notas querui tribuisse, quæ abieti aut ejus generis marinæ arbori convenienti. Non dubito, quin in hunc sensum locus hic restituì debeat. *περιηγίστεον* οἱ τὸ φύλακον, πλανητηριον, οὐ παχύτεροι τῆς φύκος, πολὺ οὐδὲ εἰς αἴροντος τοῦ θαλασσινού λαβόντες κοίλος γέρασθαι (ita etiam in Aldino legitur codice) οὐδὲ οὐδὲ ιχθοι εἰς αἴρουσι. τὸ οὐδὲ τῆς εἰλάτης λεπτὸν & μυρικανθεγονον. Folium vero queruci oblongius, crassius, latius, frequens, nec leguminum filiisque absimile; concavum intus, nec quicquam in se continens: abieti tenuis ac potius tamaricis.

Hæc οὐδὲ μόρφη τῆς ιδέας. Nemini ignotum, abietis arborum rectam esse, stipitem scilicet & ramos in rectum magis quam alterius cuiusdam arboris ferri: in latitudinem vero magis diffundi quercum, & respectu abietis flexuosa esse. Omnia quæ sequuntur, abieti queruciique optimè convenienti, nisi quod ait, multicaulem esse. Abies unum tantum habet candicem: ad hujus imitationem marinæ hæc plana debebat unicauis esse, sed in eo abietem aliquo modo refert, quod simpliciore est caule, quam quercus. Theodorus τοις διαφεύκας δονθόντοις vertit, ramos. Verte, ramorum processus abieti longi, &c. μυρικæ enim legendū, non μυρικæ, ut in Aldino & Basiliensi legitur. In utroque dele improbam vocem οὐδὲ, & lege τοις διαφεύκας αφύσις, ut in vulgaris habetur codicibus. Cæterum plantam quandam marinam, quercus marinæ nomine describit C. Clusius libr. 6. cap. 4. his verbis.

serit, alio modo lanigeras esse illas Indorum arbores, quam Serum. Nam Serum arbores lanagine sive serico obducta habent folia, cum lanigerae arbores lanam habeant in cucurbitis, aut malis. Plerique Botanici Theophrasti codicem corruptum esse contendunt. In Graeco, inquit, codice, ubi legitur καρπος διεσδεν, &c. superflua dictio εσδεν. Si enim fert fructum magnitudine mali, in quo lana; quo tandem modo nullum ferre affirmari poterit? Eadem quandoque fovi sententiam, cum ex Plinio legendum putarem, των πολλων φύλων ιχειν ομοιον την αποτέλεσθαι μητροφυρην, αφορην, vel ακαρπην. σικους διεσδεν εγινε τοις ετοις, ηλικιον μηλον κυδινον συμμικρυνειν. Sed aliam postea animadversi esse Theophr. sententiam. Vnde puta nullum quidem ferre fructum, sed aliud quid ferre, in quo lana continetur, quod fructus non est. Sed hac in re mirum in modum deceptus est. Verè fructus est, in quo lana nascitur. Nam semen nigrum, oblongum, sub ipsa lana continetur, quod terræ etiam apud nos commissum pullulat, novamque producit plantam. Fructum hunc eleganter Pollux loco citato describit. τοις διεσδεν καρπος επιφυτην, κυρρων πολλων τεφροποιων, τελωνητην Διεσδεν, ης Διεσδεν επιδεν πεπισθη τοις κραυγον, ειδος, εισαιεται πιστης εγινε, αφοις κερην ηγετην, τοις ή σηματα οφεισται αιτοι λινον. Arbori fructus adnascitur nuce valde similis, nisi quod trifariae divisias, & trifariae habeat putaminis carinam, maturescere nuce, ac debiscientibus dissegmentis appetere lana intus, que extrahitur. Ex hac fila sunt stamen autem ipsi lineum substituunt. Τεσσαροντες ειναι τοις Διεσδεν, male vertunt, triplici munitum cortice; Falsum est triplici vel duplici munitum cortice lanam arboream. Plinius libr. 19. cap. 1. non juglandi, sed barbatæ nuci comparat. Parvus est, similemque barbatæ nucis desert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur, nec ulla sunt eis candore mollitiave præferenda. De quibus verbis haec Salmasius; In Plinianis exemplaribus verba illa defunt, similemque barbatæ nucis desert fructum: Sed tantum habent: parvus est, cuius ex interiore bombyce lanuoetur: Fortè, lana netur, (quod valde probabile videtur.) Pro illis autem, nec ulla sunt eis candore mollitiave præferenda, sic iidem exhibent libri; nec nulla sunt cum candore molliore pixifora. Que depravatissima esse, omnes vident. Ego sic emendanda esse video: nec ulla sunt cum candore molliora, & spissiora. Que indubitatissima correctio est. Non solum mollitiæ & candore precipua lana xyli, sed etiam spissa est. & παχος eidem quoque tribuit Pollux, ηδη διεσδεν παχος Αιγανος — μηλον τοις παχον, ειδος παχυτερος. Ita legendum & distinguendum. Haec tenus Salmasius. Verba Polluci supra citavimus. Placet Doctiss. viri correctio; sed verba illa, similemque barbatæ nucis desert fructum, non sunt negligenda. Nuci quippe fructum hunc comparavit Pollux. Exterius sane coriū nucis Byzantinæ, quam barbatam putant, non male convenit cum corio sive tegmine gossypii. Semen contineri sub lana ipsa, docet experientia; nucleus videtur vocare Strabo. καρπος διεσδεν φυτον ειστεντον τοις ιχειν πυρηνα τελειοντεν τοις λοιποις οικοις μητραις. Idem tradit lanigerarum arborum florem nucleus habere, quo exempto, reliquum lanæ in morem carminetur. Flos non solet habere intus nucleus, sed fructus. An ergo scribendum; ο καρπος? An vero florem vocavit ipsam lanam; que sub corio nuci barbatæ simili continetur? Theophrastum illud in quo continetur lana, dum adhuc connivet, ac needum expansum est, dicit esse magnitudine malo verno. ο καρπος ηλικιος μηλος ιαγωνος οντας μητραιος, &c. Vertunt: id in quo lana continetur, mali amplitudine cerni, vere nasci compressum; quod plane a Graeci auctoris mente alienum, qui hic mali verni magnitudine esse scribit, quandiu comprimitur & connivet; sed ubi maturitatem adeptum est, hiscere atque expandi, ac tum formam eam perire. Nec melius vertit Plinius. Ferunt mali cotonei amplitudine cucurbitas, que maturitate rupere ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretiosissime linteis faciunt. Graecus auctor cucurbitarum mentionē non facit; nec cum cucurbitis ullā similitudinem habent mala verna; magnitudine quidem quam maxime differunt. Magnus fatis fructus cucurbita, malum vernum parvus. De cydoneo nihil Theophrastus, nec idem pomum, κυδινος & ιαγωνος μηλος. Fructus sapore, odore, colore, magnitudine, & forma diversus. Sed libro hoc duodecimo res duas dissimiles jungit, ac unam eandemque facit, quæ lib. 19. cap. 1. distinxit ac diversas fecit. Ethiopes, inquit, Indique è malis, Arabes cucurbitis in arboribus ut diximus, gentis. Vides, distinguere Plinium mala Indorum lanifera à cucurbitis Arabeum laniferis, vel laniferis? Male ergo Tyli insulae arbores ait ferre cotonei mali amplitudine cucurbitas. Duas res duas, ut dixi, conjunxit. Recentiorum experien-

tia constat, lanam reperiri in fructu nuci barbatæ corio, ac in fructu, qui cucurbitam quodammodo refert. Aliunde ergo Plinus cucurbitas illas laniferas Indicarum arborum expiscatus est. Neque enim videtur id ipsius Plinius figmentum. Clusius exoticorum lib. I. cap. 14. Circa Bantam Iavae insulae urbem celebrein (referente Francisco Rodriguez è Bengalæ oriundo, qui anno nonagesimo octavo supra millesimum & quingentesimum Amstelodamo cum Batavis in Bantam profectus, in sequente anno cum iisdem redit) nascitur arbor procera, multis ratis prædicta, quos sepiunt numerosa folia, ut conspicere est in salice, sed illis longe angustiora, & libanotidis coronarie folijs similia, longiora tamen. Eam ferre dicebat fructus siliquarum penè instar (quorum uno quem retulerat, Clusium donabat.) sex uncias longos, quinque in ambitu crassos, à pediculo sensim augescentes, cute verius quam cortice præditos, cinerei coloris, rugosos, extima parte mucronatos, in quinque partes dehiscentes, plenos tenuissimo molliissimoque & candidissimo tomento, in quo latebant semina multa nigra, legitimi xyli semine minora, tomento sive lana non adhaerentia, ut in xylo, & circum quinque veluti assulas longas medianam siliquam occupantes, nascientia. Ea lana negabat Franciscus incolas uti ad stamina ducenda, quemadmodum alio xylo, nimis enim brevis est, sed pulvinaria impleri asperbat; Ad quam sane rem commodissima esse videbantur Clusio, ut que vulgari tomento, immo vel ipsa etiam pluma mollior sit. Cæterum anno 1601 septem illis navibus ex Molluccis & Iava insulis, alium fructum huic similem, sed majorem & magis integrum, adquirebat idem Clusius, suum pediculum durum ac lignosum, binas uncias longum adhuc retinentem. Eum autem fructum observabat, non ab imo mucrone in quinque partes dehiscere, ut putarat, sed à summo, videlicet pediculo, à quo procedunt quinque illæ, quarum meminit, assulæ, circa quas semina nascuntur. Intelligebat præterea ab Isbrando, Hieronymi filio, chirurgo, qui nave, pro insignie sive symbolo sole habente, vectus fuerat, incolas eo uti non modo ad implenda cervicalia, sed illud etiam ab ipsis in stamina torqueri (alia tamen ratione, quam vulgo linum, lana, aut xylum) isque staminibus suas vestes sarcire. Dubitat vero doctiss. Clusius, an sit arbor ex qua teste Philostrato, Byssum nasci ferunt, basi quidem populo perfimil alba, foliis autem salici. τοις ή βιοσσος φύλων διεσδεν φυτον οικοις υδρη την λοιπην τοις βασιν. ερπετοντας η την τρεα την πλευνα. Basι similiς quidem populo albae, folia vero fert saligna. Porro que Ferdinandus Oviedus tradit de fructu Ceybae arboris cap. 11. lib. 9. primæ partis historiæ generalis, plurimum cum hoc fructu convenire videntur. Nam suæ ceyle fructum tribuit similem siliquæ, sive lobæ, digitalis longitudinis, & binorum digitorum crassitudinis, rotundum, plenum tenui quadam lana, qui maturus solis calore aperitur, lanamque effundit, quæ à vento in aërem spargitur, relicto semine rotundo, xyli semini non diffundi. De hoc igitur aut simili intellexit Plinius. Nam επιφυτος hic fructus à forma cucurbitæ non inaltum differt. Ex hac lana pretiosas vestes fieri, ait Plinius: Theophrastus vero non tantum pretiosas, sed etiam viles. Strabo libr. 15. οι νοτοι ή Νιαρχος φυτος η οικοτελος οικοις οικοις, τοις διεσδεν Μακιδονος αινη καφαιων αιτος ζενδος, η της οικοτελοτην, vel και της οικομετοις, ut emendavit doctiss. Salmasius. Ex qua Nearchus ait sindonas subtilis & reticulati operis texi. & Macedonas ea protomento usos ac clirellas eo fassisse. Plinius, Vesti inde sacerdotibus Aegypti gratissime. Apulejus Apologia prima, de linea texto, Purissimum ist rebus divinis velamentum; quippe lana segnissima corporis excrecentum pecori detraceta, iam inde Orphei & Pythagoræ sciis, profanus vestibus est, sed etiam mundissima lini feres, inter optimas fruges terræ exorta, non modo induit & amictus sanctissimis Aegyptiorum sacerdotibus, sed operi quoque inde rebus sacris usurpatur. Ex lino fieri hic ait vestimenta sacerdotum; ex bysso Philostratus, η ιδοντα τη βιοσσα φυτον, η τη Αιγυπτιον η ιδοντα τη βιοσσα φυτον. Vesti fieri ex bysso tradit Apollonius. Similis enim est pallio fuscum; ex India in Aegyptum adfertur, ad usum sacerdotum, ut vestes ex ea fierent; & sacra operarentur. Gossypii haec genera referunt recentiores. Gossypium fruticens semine albo, gossypium arboreum caule levæ, gossypium arboreum caule spinoso. In Brasilia hoc genus reperiatur. semina hujus nigra sunt, in dena vel duodenæ grana uvæ modo congesta: cum Asiaticum singula grana separata habeat. Gossypium Iavense falicis folio, de quo abunde egri; vulgare gossypium pro soli cœlique ratione arboreum, vel humile manet. In Aegypto arbores frutex est, ut scribit Alpinus, pluribus annis vivens, dissimilis

disimilis ab herbae tantum proceritate caudicis, ramorum, atque foliorum figura. Crescit autem ad decem cubitorum altitudinem, stipite, ramisque duris, lignosis. Contra in Syria, & Creta herbacea est planta, & annua, uti Honorius Bellus epist. quarta. Nam lanigeræ Theophrasti nihil aliud sunt, quam gossypium, quod in Arabia & Ægypto arborescit, & multos annos durat, sed in Creta hyeme perit. Herbaceum gossypium, ad cubiti altitudinem, fruticis instar, attollitur, ramisque brachiatum, folia triangula sunt, incisa vitis, aut alcea similia, sed minora, molliora, incana, ad tomenta etiam utilia. Flores fert incanos, luteos, in medio nonnihil purpureos, per oras crenatos. Fructus succedunt, nucibus Ponticis compressis & latis fere similes, aut malis exiguis, aristolochiae rotundæ unius fructui haud absimiles, qui & maturescentes sponte finduntur. In his mollissima ac candidissima lanugo ex ipsis hiantibus fructuum rimis non raro dependens, quæ ad vestes ex ea conficiendas netur. Sub lanagine hac occultur semen oblongum, copiosum, medulla plenum, alba, oleaginosa, non insuavi gusto, pineæ aut amygdalarum, præsertim cum recens est. radix exigua, fibrosa.

Ἐτοι τὸν ἄλλα δίδει, &c. Plinius libr. 12. cap. II. In Tylis autem alia arbor floret, alba violæ specie, sed magnitudine quadruplici, sine odore, quod mirum in eo tractu. Male ergo in Aldino & Basileensi habetur pro λανογίᾳ, λακεΐᾳ, & αἰρᾷ, οὐδὲν ἄδυτον, οὐδὲν ὅμοιον. *Τὸ πάχος* male vertunt, *violam matronalem*. Omnium Botanicorum consensu constat τὸ λανγίον esse florem, quem vulgo stochi-violierent vocant, Arabes *Keiri*. Violam matronalem Belgæ *damas-bloemen*; *viollettes des dames*, vocant Galli. Hunc leucoium esse nemo unquam somniauit. Quod violæ genitus λανγίον, vocet Theophrastus, hbro sexto docetur.

Καὶ τέτοιον, &c. Plin. lib. 12. cap. II. Est & alia similis, foliosior tamen, rosique floris, quæ noctu comprimens, aperire incipit solis exortu, meridie expandit; Incola dormire eum dicunt. Non dicit Theophrastus rosei esse floris, τὸ δίδει τὸν ὄντος πόδα, sed simile esse arbori, quæ rosam fert, folio scilicet, & frutice. *Τὸ πόδιον* frutex est, non flos. Doctiss. Constantinus, *ἄντι δίδει*, legit δίδει in generandi casu. Idem pro διπλάσιον legit διπλάσιον. Nobis placet, διπλάσιον, expandi, explicari, aperiri. Idem pro συμβαίνει, quod, ut Aldino & Basileensi codice legitur, scribit *συμβαίνει*. Theodorus *συμβαίνει* legit. Theodori lectio minus placet, quod ante jam dixit Theophrastus, *noctu comprimi ac concludi*. Vult noctem brevi sequi quando sese claudere vespertino tempore incipit hujus plantæ flos. Fallitur Constantinus, cum rosam Hierichuntinam existimat à Theophrasto delineari. Nec πολύφυτος rosa hæc, id est multis foliis, prædicta, nec folia fert rosæ similia, nec noctu clausum habet florem, qui manè aperitur; meridie expansus est, vespri clauditur. Fabellam de hac rosa narrant mulierculæ, quod pariendi indicet horam; quandoquidem in aqua dimissa, non prius fatiscit, quam foetus nasci incipiat. Fabulantur item noctu, quando festum natale Servatoris nostri Iesu Christi, celebramus, sponte sua aperiri, ramulosque exporrigere, nec ante festum Paschale claudi; cum qualibet hora, si aquæ calidae imponatur, sese pandat.

Γίνεται δὲ καὶ τούτοις, &c. Corruptus codex. Scribe *τέτοιον* οὐ καὶ τὸν φοίνικας εἰ τῇ νεστού, η ἀμπελούς, η βασίλεως, η τὰ ἄλλα εἰκεγένετον, η συκᾶς, η μὲν φύλαξσθαι. *Quin* & *palmas* & *vites* & *olecas*, aliaque nuncum genera, & *ficos* quibus folia nunguam decidunt, nasci eadem in insula affirmant. Plin. lib. 12. cap. II. Fert eadem in insula, & *palmas*, *oleasque*, & *vites*, & cum reliquo pomorum genere *ficos*, nulli arborum *ibi* folia decidunt. *Τὸ αἰκεγένετον* pessime pomum vertit, vide quæ supra de hac voce diximus. Præterea mentem Graeci auctoris non percepit, Theophrastus *ficus* tantum in ea insula folia non demittere dixit. Plinius ita accepit, ac si de omni pomorum genere dixisset. Quod deceptum doctiss. Constantinus, qui hunc locum sic corrigit, *τὸ πόδιον* μηνιν τοῦ φυλάξσεται. Solam ficum non amittere folia tradit Theophrastus, quod de iis accipe arboribus, quibus folia hyeme cadere solent. Mirum est ficum ibi folia retinere; tenerrima enim arbor est, & foliis apprimè caducis.

Τὸ δέ ωρον οὐεγένετον. Hæc satis negligenter Plinius lib. 12. cap. II. Rigatur gelidis fontibus, & imbræ accipit. Theophrastus imbræ pluviales in insula Tylo cadere quidecum refert, sed ad fructus non esse usui: verum fontes esse, quibus omnes rigantur plantæ, eamque aquam, quæ à fontibus hauritur utiliorem & præstantiorem esse, quam pluviale, eaque de causa incolas postquam cecidit imber, fontana aqua agros quasi abluere.

Τὰ δὲ λοχαῖα. Vertunt, *Alia fruticia*, cum Plinius fruticosus dixerit. Theophrastus cap. 12. hujus libri arundinem donacem λοχαῖα dicitur εἶται dixit. Plinius libr. 16. cap. 36. *Fruticosissimus* est quis vocatur donax. Cæterum λοχαῖα planta non dicitur, nisi ex suo corpore fruticelcat, quamvis sit similium multitudine conferta & stipata. Ait enim ipsem Græcus auctor de calamis *ιππάσιοι*, vel, ut Plinius legit, elegiis. *Φύτα* δὲ εἰς τὸν πόδιον πολλοί, ηγετεῖ λοχαῖα.

Τὸν δὲ αὖτε πίζαν τὸ μηρόν, &c. Illud notandum, quod pars illa, alni, salicisque quæ extra aquam est, non diu incorrupta manent; quæ vero sub aqua est, illæta sit. Alni materies sub aqua æterna & immortalis permanet, ædificiorum fundamentum est, immantique structurarum pondera sustinet. Multa ædificia ex alno palos subditos habent. Et hæc causa cur à Venetis expetatur, ad jacenda Palatiorum ædiumque fundamenta, quod crebro fixa, non modo ad æternitatem permaneat immortalis, sed quod ingentes admodum ferat moles. Cur incorrupta sub aqua, in libris de causis, ratio redditur.

Φύτα δὲ τὸ πάπυρον. Papyri aggredior historiam. De papyro integrum libellum scriptum Guillandinus, in quo multa & satis docta de papyro scribit. Adversus Guillandinum scriptis Iosephus Scaliger. Quæ ad papyri historiam pertinent, breviter examinabimus. Papyrus duplex est; Ægyptia, & aliis in locis nascens. De Ægyptia agit Theophrastus; alterius meminit Strabo libr. 5. Καὶ τὸ πάπυρον εἰ τείχουσιν ὄψον πολὺ, η τὸ πάπυρον τὸ λιμενῖα πίστει, η πόπυρος, αὐτὴν πολὺν κατεκμένη τὸ πάπυρος εἰς τὸν Τάβλον, οὐδὲ εἰδοδίσαντες λιμεναρά μέρος τὸν Τίβεριον. Vertunt, *Quippe* & navigantur, & multum piscium ac palustrum avium producent, tum *typhi*, & *panniculæ lucernariæ* copia fluminibus Romanam devicitur, quos lacus isti in Tiberim demittunt. *Ἄριτλον* exponunt, *panniculam lucernariam*. Credo quod apud Pollucem lib. 10. legatur, η μὴ τὸ πάπυρον λυχνία ἀγάπην εὑνέτε. Sed tale nihil hoc loco ἀγάπη significat; plantam vel florem, lanuginem plantæ denotat. *Ἄριτλον* panniculam vocant Botanici, ac ajunt, esse in frugibus aliquibus, ut in panico & milio, & in plantis quibusdam lanosum florem, qualis in summa arundine per autumnum. Dioscorides libr. 1. cap. de arundine. *ἡ δὲ ἄριτλον τὸ παλάμων* ιππονοντα εἰς τὸν ἄριτλον ιππαῖσιν εἰσαγέται. *Ἄριτλον* Hermolaus, *panicula florem*, Ruellius, *panicula lanuginem* vertit. Uter rectius, ex Plinio cognoscet lector hic lib. 23. c. 18. *Panicula flos* si autem intraverit exsurdat. *Κατ' ἐξοχὴν* *Typha* florem significat. Dioscorides libr. 3. cap. 133. ubi de *Typha* agit, *ἄριτλον πάπυρον* καὶ *επιπτεπίπυρον*, δὲ καλῶντες *τύφην*. *Flos densus*, quique in pappos solvit, cum aliquis anthelam, id est, paniculam nominant. Phlei etiam fructus εἰρήνην dicitur. *Ἐ* δὲ *φλειον* τὸ πάπυρον πάπυρον. Utrum *Typha* Dioscoridis & φλειον Theophrasti eadem planta, infra cap. 11. examinabimus. Apud Strabonem *typhæ* florem non significat, quippe *typhæ* paulo ante mentionem fecit. An igitur floris paniculam significat; an corruptus Strabonis codex, legendumq; τὸν πάπυρον αὐτὴν πάπυρον καλοκομιζεται. Papyrum hanc alterum, qui sati putant, falluntur. Sari, ut Theophrastus paulo infra docet, planta Ægyptio peculiaris, papyrus altera extra Ægyptum. Vide quæ cap. de sari dicuntur. Videtur φλειον esse Theophrasti, Galenus in Glossis φλειον, φλογιώδες πάπυρος εἰ παπυρεδίς φορῶν; vide caput de phleo. Papyraceum inquit fruticum; hoc de Ægyptia non potest intelligi, sed de papyro, quæ in Italia nascetur. Ægyptia papyrus nomen accepit, *ἄριτλον* τὸ πάπυρον, quod triticum in se continet, id est, in re cibaria usum præstet, non fecus ac triticum. Theophrastus, *Διαφέρει τὸ δικέν τῷ γλυκυτάπῃ*, καὶ τὸ τεγφία μάλιστα εἰναι τοῦ πάπυρος, οὐ πάπυρος (forte πάπυρος) scribendū, apud reliquos Græcos feminini generis est. Suidas πάπυρος θηλαῖας, η πάπυρος. vide Dioscoridem, Galenum, Alexand. Aphrodisiæ, omnes feminini generis articulum addunt, τὸ κατανοματορον στολη, &c. Idem paulo infra, μάλιστα εἰναι ποιήσας τοῦ πάπυρος τοῦ πάπυρος πατῶνται οὐ αποτελεῖ οὐ τοῦ πάπυρος πάπυρος, η αἴσιον, η εὐθύνη, καὶ ἔπειτα, &c. Vel papyrus dicitur, *Ἄριτλον* τὸ πάπυρον τὸ πάπυρον quod foco ignique accommodum habeat radicem, sed prius magis placet.

Οὐκ εἰ βασιτοῦ τὸ δεῖται, &c. Plinius libr. 13. cap. II. Papyrus ergo nascitur in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, ubi evagata stagnante, duo cubito non excedente altitudine gurgitum.

Πάπυρος η εὐθύνη τὸ πάπυρος, &c. Vertunt, *crassitudine radicis* qua vola viri robusti, vola pars manus cava; Aliud πάπυρος Græcis; pars manus qua cubito per articulū junxit. Arist. libr. 1. hist. animal. cap. 14. Aphor. 134. carpum his verbis definit. *ἄριτλον* η πάπυρος. η βασιτοῦ πάπυρος. *Brachis*

Brachii manusque articulatio manus dicitur. Celsus primam palmæ partem dicit, quam ex multis minutis offibus constare tradit, quorum numerus, ut ille refert, est incertus; cum Anatomici doceant, ex octo officulis constare duris, parvis, & sine medulla, differentibus magnitudine, figura, situ & usu. Magnus Scaliger *καρπόν capulum* vertit, à multarum, ut ait, rerum similitudine, Plinius *Brachiale* interpretatur; *Brachiali radicis obliquæ crassitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine, triangulis*, &c. Oscitanter admodum Plinius verba Theophrasti interprætatur. quod hic de radice refert, ille de caule dicit, historiamque mirificè turbat & confundit. Utrum recte *καρπὸν brachiale* verterit, non curiose admodum inquiram; sufficit monere, aliam esse brachii crassitudinem qua parte cubito humeroque jungitur, aliam qua manui committitur. Falsum est quod ait, *brachiali radicis obliquæ crassitudine.* Hac crassitudine non sunt radices quæ per superficiem repunt; sed illa tantum quæ in altum demittitur. Eadem radices alias emitte tenues & densas, quæ per limum divagantur. Doctiss. Guillandinus in Plinio duo verba sede non sua jaceret scribit, & alio reponi debere; quippe cum in Ægypto peregrinaretur, & magna cura in ejus regionis stirpes inquireret, nunquam potuit in papyrum incidere, cuius Thyrsi, seu virgæ ad summum sept̄ cubita excederent: quare cogitare secum coepit, vel non intellexisse Plinium, quæ à Theophrasto dicuntur (cujus criminis tantum virum reum agere puderet) vel ei certe transcribentium incuria vel inscitia, vim esse factam. Hos enim longitudinem decem cubitorum radicibus attributam ad scapos hastili ave, seu caules imperite nimis transtulisse, sibi persuadet Guillandinus. Corrigit ergo, *brachiali radicis obliquæ crassitudine, decem non amplius cubitorum longitudine, triangulis, &c.* Adversus quam correctionem nihil Iosephus Scaliger. Alia Salmasii opinio; qui nullam in verbis Plinii transpositionē, sed ipsius auctoris allocinationē agnoscit, qui radicis longitudine, papyro ipsi, id est cauli, tribuit, cum Theophrastus radicem decem cubita longam faciat, papyros ipsos, *καρποὺς ἀντρούχους*, quatuor cubitorum longitudine. Male potro Plinius, papyri radicem obliquam, brachiali crassitudine, ait esse. Non una radix obliqua in papyro, sed plures & majore radice prouidentes eaque tenues & parvae. Scribitur in veteri libro, *brachiali radices obliquæ crassitudine, ταχιάς πέρας* quidem dixit Theophrastus, sed coniunctio Pliniana legendum postulat, *radicis.* Præterea nec radices illæ obliquæ ea sunt crassitudine, sed magistra radix. *πάχθει μὲν τὸς πλεῖς νεροῦ αὐδεργὸν οὐραῖς, μὴν δὲ τὸς δίκαιος πηκτοῖς.* φύεται δὲ τὸς τῆς γῆς αὐτῆς ταχιάς πέρας εἰς τὸ πλεῖστον καθίσταται, λαπτὰς επιπλεγεῖ, αὐτὸς δὲ τὸς παντούς καλούμενος τεχνίστας. Græcus auctor radicem magistram crassitudine ait esse manus internodii, eamque ait excedere decem cubitorum longitudinem, *τοιούς δίκαιος*, inquit, *πηκτοῖς.* Hanc alias emittere sub terra in limum obliquas, parvas, tenues. Verba Theophrasti corrupta admodum sunt, nec recte verti solent. Vertunt quoque. *Super terram ipsum radices obliquas, tenues, densasque in limum demittens suysum, quos papyros dixerit, profert, triquetros, &c.* Quæ planè sunt absurdæ. Nam si radices demittit in limum, quomodo super terram? Opposita sunt, terra, & limus; superficies terræ & profunditas. Theophrasti codicē corruptum esse plures viderunt. Corrigit Iosephus Scaliger exactissimi judicij vir; φύεται δὲ τὸς τῆς γῆς αὐτην ταχιάς πέρας εἰς τὸ πλεῖστον καθίσταται, καὶ τοὺς ἄλλους εἴσω τὸς παντούς καλούμενος τεχνίστας, &c. Nascitur hæc ipsa (magistra radix) supra terram, obliquas radiculos in limum demittens. Superius tenues & spissas papyros vocatos triquetros. Voces λαπτῶν καλούμενος de radicibus intelligi, (inquit magnus Scaliger) nequeunt. Rationem adfert, quod πλεῖστον δίκαιος dixerit Theophrastus; ita ut ex illis fabrilia multa fiant, & carbones. Sed fabrilia hæc non siebant ex obliquis radicibus è precipua radice excentibus, sed ex ipsa radice magistra, quæ est internodii manus crassitudine, longitudine decem cubitos excedens, ad quod non attendit. Plinius cum dixit, *decem non amplius cubitorū longitudine, τοιούς δίκαιος* dixit Theophrastus. Corruptus videtur codex, ege, decem & amplius. Cæterū nec Scaligeri emendatio Salmasio, viro in omni studiorum genere exercitato, arridet, quodq; quæ deorsum, radices demittunt, recte καρπούς τῆς πέρας dicantur; at radix, καρπούς τῆς παντούς, neutiquam dici queat, nisi summa vertantur imis, & omnia fiant retro. Nam καρπούς est, deorsum mittere, καρπούς sursum. Hinc apud Dioscoridem φύεται dicuntur τὸς καρπὸς, τὸ φύεται καρπούς, quia sursum emittunt. Deinde, quomodo φύεται τὸς τῆς γῆς dictum potest? Quomodo fieri potest ut radix supra terram sit?

Radix non est radix, nisi terra regatur. Corrigit ergo Salmasius, φύεται τὸς τῆς γῆς αὐτην, ταχιάς πέρας εἰς τὸ πλεῖστον καθίσταται, καὶ πυκνάς, αὐτὸς δὲ τὸς παντούς καλούμενος τεχνίστας, μηδέ τοις περιστήκεις, &c. Emittit in limum hæc radix sub terra alias obliquas, tenues ac spissas, supra terram caules ipsos qui papyri vocantur, triquetros, magnitudine quater-norum fere cubitorum. Radix illa quæ crassitudinem habet τὸ καρπόν, longitudinem decem cubitorum, sub terra quidem alias radiculos emittit in limum obliquas, tenues ac spissas; supra terram vero, αὐτὸς δὲ, φύεται scilicet & emitit τὸς παντούς, καλούμενος, caules, nimis rurum ipsos qui papyri vocantur. Istud αὐτὸς aperte arguit, scriptum fuisse ὅτι τῆς γῆς, non τοιούς. Radix illa magna τὸν τῆς γῆς multas parvas ac tenues radiculos obliquas fundit, supra terram stirpes ipsas & caules, qui vocantur papyri. Scripsisse etiam Theophrastum, φύεται δὲ, non φύεται, quod sequitur ostendit, αὐτὸς δὲ τὸς παντούς καλούμενος. Nam quo hæc referas non haberet? nec enim cum καρπούς possunt construi.

Tous παντούς καλούμενος, &c. Num̄ ego vox multas haber significationes. Nam non solum totam stirpem omnibus suis partibus constantem significat, sed καρπόν καὶ iερόν scapum sive caulem, ut docet Theophrastus. Plinius lib. 13. cap. II. *Proparantur ex eo (papyro) chartæ, diviso actu. in prætenues, sed quam latissimas phyluras.* Ibidem; *Ex ipso quidem papyro navigia texunt.* Quibus in locis papyrum vocat, non radices, non folia, quæ ambo tum ad textum, tum ad chartam faciendam inutilia sunt, sed scapum, qui solus utrique ei usi deservit. Altera papyri significatio est, qua Latinis extimus, summusque scapus papyri cortex instar scippi levis glaberq; venit. Plinius lib. 13. cap. 12. *Post hanc papyrum est, extremumque ejus scirpo simile, ac ne ad funes quidem, nisi in humore utile.* Tertio denotat papyrus simplicem phyluram, quam etiam tænam, bracteam, latinanque nuncupamus, quæ ab interiori scapi parte detracta, & glutine duplicata, præstabat dictam proprie chartam. Quarto accipitur papyrus, à Latinis, procharta perfecta, & omnibus suis numeris absoluta. Martialis lib. 3. ad librum suum.

Cordylas madida tegas papyro.

Idem Xeniorum principio.

Perdite Niliacas Musæ mea damna papyros.

Apulejus in exordio Asini aurei. At ego tibi in sermone isto Milesio varias fabulas conseram, auresque tuas benevolas lepidos susurro permulceam, modo si papyrum Ægyptiam argutia Niloticæ: calami inscriptam, non spreveris inspicere. Quinto significat, ut refert Guillandinus, radicem papyri, qua Ægypti etiam pro ligno ignis gratia utuntur; quemadmodum quandam fecisse testantur Theophrastus, Dioscorides, Plinius. Proinde Martialis libr. 8. ad Titulum, innuens veteres usos esse papyro ad rogam, denotavit non superficiem ejus stirpis, sed radices.

Fæcius papyro dum tibi torus crescit.

Quæ causa est, cur Iuris consultus proximè citato cap. 53. papyrum contineri ligni appellatione censeat. Lig-norum, inquit, appellatione in quibusdam regionibus, ut in Ægypto, ubi arundine pro ligno utuntur, & arundines, & papyrum comburit, & herbulæ quædam vel vepres continebuntur. Hæc Guillandinus; quæ improbat Clariss. Iosephus Scaliger, his verbis; At quod in testimonium adducit Martialis locum, ut ostendat, papyrus etiam significare radicem, tñq; ita interpretandum in versiculo Martialis,

Fæcius papyro dum tibi torus crescit,

non possum satis mirari, quæ hoc illi in mentem venerit. Nam papyrus quidem eo versiculo est verum fari, quo tunicatus popellus Romæ toros farciebat; & quia in Circu venibat, contumum Circense vocabatur. Nam beatores ex lingoniorum sagorum villis derasis farciebant culcitas: pauperes ex fari Thubico cujus meminist Strabo, at papyrum vocat. Ait igitur Martialis Titulli lectum funebre papyro farctum, preterea pauperium hominem fuisse oportet. Fallieris Guillantine, qui putas hic innui, ex radicibus papyri Romæ, rogam accendi solitum. Quid, tantæ penuria ligni Romæ erat, ut opus esset peregrini papyri radicibus ad ignem accendendum? Contra tantum Ægypto illarum superfuit, ut etiam exteris nationibus venderent? & tamen Iuris consultus ait, eos penuria ligni coactos arundinem, herbas, spinas, vepres urere. Uterque errat. Recte Scaliger reprehendit Guillandinum, quod ex Niliaca papyro toros accensos fuisse

fuisse tradiderit, cum ex papyro altera tori implerentur. Papyro enim faciebant lectos mortuorum, cum quibus rogo inferebantur ac comburebantur, alimentum ignibus ex papyro illa querebant ad cremanda cadavera. Plinius lib. 16. cap. 37. *Nec in fruticum, nec in veprium cäuliumve, nec in herbarum aut ullo alio quam suo genere numerentur jure scripi* (ita in antiquo habetur codice; male in vulgaris, *scripsi*) *fragiles palustresque ad tegillum tegetesque; & quibus derracto cortice, candelæ luminibus & funeribus serviunt. Scirpus φλων & φλων.* Glofæ, Scirpus, φλων, παπυρος. Malè ergo Scaliger, παπυρος, de qua Martialis, scribit esse Sari. Planta hæc Ægypto peculiaris, ut hoc eodem capite docet Theophrastus. vide cap. de Sari. Italiæ vero familiaris papyrus altera, de qua Strabo & Martialis. Ubiunque auctores pro charta papyrum ponunt, ibi de Ægyptia papyro capi debet, at vero ubi papyrus ad lychnos & funera usui esse narratur, de altera papyro Italiæ familiari, hoc est, scirpo intelligi oportet, ut in versu Martialis jam citato. Nec enim ad hos usus ex Ægypto vehebatur papyrus, sed ex Italica vel indigena papyro candelæ siebant, ut satis aperte ac dilucide docet Plinius. Idem hoc epigrammate docet Antipater.

*Λαμπάδα μηροχίτωνα Κρόνου τυφήρεα λύχνου,
Σχίνων καὶ λεπίη σφιγγόδιμον παπύρῳ
Αντίπατρος Πείσωνι Φέρει γέρρος —*

*Facem ceream tunicam habentē Saturni ardente lychnā,
Iunco & tenui constrictam papyro,
Antipater Pisoni fert munus —*

Tū φλων intelligit παπυρον nomine. Paulinus,

Lumina ceratis adolescentur odora papyris.

Id est, candelæ è phleo five altera papyro factæ. Redeo ad papyri significationes. Sexto papyrus vocatur vinculum ex byblio Ægyptia contortum. Columel. lib. & cap. 6. Atque ita sub cauda sanguis emittitur, qui cum satis profluxit, inhibetur papyri ligamine. Anacreon,

*Ο δέ ἔρως χιτῶνα δῆσις
Τῷρι αὐχένος παπύρῳ,
Μέθυ μοι Δικονέτω.*

*Religatus at papyro
Tunicam cupido collo,
Mibi poculum ministret.*

Denique papyrus vocatur ab omnibus chartæ genus, ex linteis confectum, quo vulgo utimur, ut literarum elementa depingamus.

Τερμάνων. Aristotelem reprehendunt, quod sect. 16. problem. 9. scriperit, ullius plantæ caules, truncosve, forma trianguli, aut multiangulari constare. Et auropis quidem hanc sententiam redargui negari, non potest. Papyri enim & cyperi aliarumque infinitarum plantarum caules contrarium docent. Sed videndum, utruq; Aristoteles, de caulibus plantarum tale quid scriperit? Scribit Aristoteles loco citato, *Ἄλλο τὸ μόσχα τὸν φυτὸν καὶ τὸν ζῶντα, ὅπερ μὲν ὄργανον πάσι τοῖς φερεῖ; τὸν δὲ φυτὸν τὸ στέλεχος, οὐδὲ οἱ πλεῖστοι τὸν ζῶντα, καὶ μετανομασθεῖσαν, μερογενεῖ, θεραπεῖ, τελεῖσθαι οὐδὲ πολύτιμον, οὐδὲ ὄλον οὐδὲ μόσχον ἐστι.* Cur partes tam stirpium quam animantium, quæ nullis instrumentariis officiis deputatae sunt, in orbem se omnes colligant? Stirpium quidem caudex & rami formari in orbem solent. & animantium crura, femora, pectus, lacerti, ad hanc eandem speciem enituntur, triangulum vero nullum, aut multiangulum nullum, neque ex toto, neque ex parte est. Videtur intelligere Aristoteles φυτον nomine plantas majores, quales arbores. Hoc indicant voces στέλεχος, οὐδὲ πλεῖστοι. Arborum caudicem rotundum esse, saltem nec triangularē, aut multiangularē, ipsa auropis docet, nec memini me arborem videre caudice ramisque angularibus; in herbarum censu maxima ferè pars caule angularē.

Κόπιλος ξύρων ἀγγίτων adhuc. Plinius. In gracilitatem fastigiatum, Thyrſi modo cacumen includens. semine nullo, aut usu ejus alio quam floris, ad Deos coronandos. Reprehenditur Plinius à Doctissimis Botanicis, quod quatuor verba Theophrasti κόπιλος ξύρων ἀγγίτων adhuc, id est, comam inutilem debilemque sustinentes, Latinè reddiderit, Thyrſi modo cacumen includens; quod neque dictis à Theophrasto quadrat; qui papyrus gestare comam, non vero globum, aut spicam tradit, quibus thyrſus includitur; neque

veritati responderet, quæ Theophrasti sententiam palam defendit. Pro qua etiam stat Strabo Geographicorum ultimo, papyro καρπό, id est, setam jubamque tribuens. At quantum fit discrimen inter comam fine jubam, & globum, spicame, etiam utroque lumine orbi noverunt. Certe Thyrſo modo globum, modo spicam imponi moris fuisse, præterquam quod antiqua marmorā ostendunt, multa quoque auctorum loca fidem facere possunt. Ad hęc Scaliger Plinio irascitur, quod νόμος ιχνος αἰγείων ἀδινή verterit, thyrſi modo cacumen includens. Sane non immerito carpi Plinium concesserim; sed sustinenda castigatio, donec consideremus, causane fuerit Plinio cur ita verterit. Manifestò enim legit, νόμος ιχνος αἰγείων ἀδινή. Καρπός, ut sciunt qui Theophrastum legerunt, est quasi rudimentum quoddam floris, aut germinis paniculae modo compactum, quale visitur in facilibus, corylis, nucibus, & aliis. Papyrus habet καρπό, quia η παπύρος jam sumitur pro scapo adultiore, cui agnoscunt virgultæ, quos παπύρου vocat Theophrastus, pro coma rudimentum paniculae potius habent. In eo potius reprehendendus Plinius, quod descriptionem τός καλούμενος παπύρου, cum descriptione της παπύρου confundit. Hoc pertinebat ad peritum rei herbarię considerare; præfertur qui & in Ægypto papyrus viderit, & commentarium de papyro ex professo instituerit. Igitur scapis adultroribus papyri καρπό attribuit Strabo: agnatis autem papyris pro coma η παπύρου Theophrastus, hoc est, rudimentum. Nam καρπό est rudimentum futuri germinis, aut floris, aut fructus. A forma Thyrſum vocavit. Nam Thyrſus in comam definit, propterea καρπός Bacchæ pro θυρσός dicuntur, & nomen fastigiatum ostendit acutum cacumen virgulti. Rectè ergo Plinius; modo non confudisset της παπύρου cum majori scapo. Quid καρπό, quid Thyrſus, ad nauream usq; inculcavimus; quid καρπό videndum. De papyro Strabo lib. ult. hæc tradit. η περιβλεπόντος εἰς τὴν ἀκρην ιχνους καρπό, biblos five papyrus nuda virga est in vertice καρπό habens καρπό in equo juba est, in homine coma five cæsaries. Ruffus. καρπό αἱ ὄποις εἰς τὸ πέπλον αἴσθησι, id est, καρπό παλι qui à posteriori parte secundum occiput prominent. In plantis quid καρπό lit, docet Theocriti Scholiaſtes ad hunc eidyll. sexti versum.

*Α δὲ καὶ αὐτόθι τὸ Διοσθρόν πλεταὶ, οἵς διπτὰς αἰγάλιθας,
Ταὶ παπυραὶ καταταὶ, τὸ καλὸν θέρος αἰγίνα φρύνη.*

*Illa vero ibi deliciatur, sicut ab acantho,
Arida folia, quando pulchra aetas torret.*

Ad hos versus Scholiaſtes. οἵς αἰγάλιθας. Ταὶ παπυραὶ καταταὶ] οἱ δάσοι τῆς καρπᾶς οἱ παπυροὶ καρποὶ οὐ οἱ παπυροὶ τῆς καρπᾶς εστούσιοι οὐδὲ οἱ μετανομασθεῖσι, άλλος τὸ κοματοῦσιοι. Ut ab acantha aridi pappi, καρποὶ enim pappi cinariae, dicuntur εἰς οἴκους (id est circuli, orbes, virgæ. Hesych. οἴκος, οἴκος, οἶδε, καρπός, τελέος. Suidas οἴκοι αἱ παλέδαι,) quod come similes sunt. Vidimus quid καρπό, vidimus quæ sit Guillandini, vidimus quæ Scaligeri sententia de Plinii & Theophrasti verbis. Mentem Theophrasti & Plinii rectius Salmasius percepit. Verba Plinii, in gracilitatem fastigiatum, Thyrſi modo cacumen includens, his verbis exponit; hoc est, cacumen in gracilitatem thyrſi modo fastigiatum includens. Ita enim distinguendum. Non hæc figura est capitis papyri, sed ex his constat, thyrſos in gracilitatem coni interfici fuisse fastigiatos. Hinc θυρσοῦς κεφαλὴ acanthi hoc loco Dioscoridis, quod in gracilitatem fastigiatur. Tale cacumen visitur in branca ursina, & in ea quæ est sylvestris acanthus. Græca Theophrasti, καρπός ιχνος αἰγείων adhuc. Nihil in his quod mireris de cacumine thyrſi modo in gracilitatem fastigiatum, & tamen certum est, Theophraste illa Plinium in historia papyri reddidisse. Corrigebat itaque vir magnus, κόπιλος ξύρων καρπός θυρσοῦ. hoc est, quod Plinius ad verbum reddidit, in gracilitatem fastigiatum, thyrſi modo cacumen includens. Pro ἀγγίτων correctores reposuerunt αγγίτων, quia alterum ignorabant. αγγίτων pro ἀγγίταις, & αγγίταις pro ἀγγίταις, quo veteres Græci passim usi sunt, Hippocrates, aliquis. Dioscorides etiam & Galenus sic loquuntur. Habemus tres Doctiss. virorum sententias, quarum postrema maximè probabilis. Papyrus enim fert καρπό, id est, cæsariem ex multis capillamentis constantem, quæque comam ostendit Thyrſi modo fastigiatum, ut dixit Theophrastus; non tamen verum fert thyrſum. Vide descriptionem paulo infra, vide iconem,

iconem, & ex quo judicabis, nihil cum cachry simili-
tudinis habere, quod eadem ostendit imago.

Καρπόν οὐδὲ ὄλως, &c. Hujus loci sensum Gazam non sa-
tis assecutum, ante nos magnus Scaliger, & Robertus
Constantinus docuere. Vox, τάτης, non ad fructum refer-
ri debet, sed ad papyros. Verte; Fructum fert nullum;
papyros vero ex multis mittit partibus. Plinius loco citato,
Thyrsi modo cacumen includens, semine nullo, aut usū ejus
alio, quam floris ad deos coronandos. Doctiss. viri legunt
ac distinguunt, Thyrsi modo cacumen includens semine
nullo, aut usū ejus alio floris ad deos coronandos. Deleto
rū quam, quasi nullum florem fert ad coronandos
deos, ut nec ullum fructum. Omanno scribendum, in
gracilitatem fastigiatum, Thyrsi modo cacumen includens,
nullo semine, huc alio quam floris usū ad deos coronan-
dos. Levissima mutatio, aut, in huc. Coma papyri ex
multis capillamentis confarctis, thyrsi modo constat,
nullum fert semen; coma haec nullum usum haberet,
nisi quod Dii ea coronantur. Plutarchus in Agesilao
scribit, eum papyro coronaria delectatum fuisse, ob
coronarum simplicitatem, camque discedentem à re-
ge petuisse, & accepisse. τῇ ἀριθμῷ τοῦ σφραγίδος βισέλω φύτε-
υτὸν οὐδέποτε Θεόφραστος, Διὸς τῷ λιτότητο τῶν σφράγων, αὐτοῖς δὲ
λαβεῖν δύε ἀπίστοις θέρας Βασιλίως. Hec ubi scripsit
Theophrastus, ignoro, deperditus forte liber iste, ex quo
haec à Plutarcho referuntur. Puto scribendum, Θιόπομπος.

Athenaeus libr. 15. ubi ridet eos qui corona papyracea
delectantur, Theopompum de Agesilao illud scribere
tradit. Πελοῖοι οὐδὲ εἰσὶ οὐδὲ λέγονται, Ναυκρατῖοι εἴησι
φυτοὶ τὸν ὅπῃ τῆς βίσελου τῆς σφραγίδος (male edunt, σφραγί-
τειδος) καλουμένοι παρ' Αἰγυπτίοις σφράγιδοι, οὐδὲ πρέμενοι
Θιόπομποι εἰς τῆς τελέτης τοῦ Ελληνικοῦ, εἰς φορτὶ Αγριστιλίου τῷ
Λάκωνι τῷ Θρησπονίῳ εἰς Αἴγυπτον δύοσι πτυχαῖς πόνοις Αἰγυπτίους
ἄλλα τε πτυχαῖς, καὶ οὐδὲ τοὺς σφραγίδας (iterum σφραγίδας)
βίσελου. Έγὼ δὲ τούτην οἶδα, πτυχαῖς αὐτοῖς οὐδεὶς ἔχει τῷ βίσελο
σφραγίδας μᾶλις πόδια, πλήν εἰ μὴ οἱ τούτους χάραγμοι σφράγιδας δύοσι
πορφύρας εἰσὶ. Ridiculi & igitur inepti, qui Naucratianum
coronam opinentur plexam ex papyro coronaria, addu-
centes Theopompum libro tertio rerum Græcie, qui scripsit
Agesilao Lacedemonio, cum trajectisset in Aegyptum dono
misisse & alia multa Aegyptios, & coronariam papyrum.
Ego vero quam voluptatem utilitatēmque percipiat aliquis
ē corona papyracea, rosis additis, non video, nisi qui ea
gaudent, rosis simul cum allio nectant. Ex hoc Athenaei lo-
co concidere licet, papyri comam thyrsi modo com-
paſtam, cœnorum, injucundum, ingratum, ac pu-
trem quendam spirare odorem. Valeant ergo & de-
lectentur dii Pliniani, grato hoc papyri odore.

Χειρῶντες. Antequam de usū papyri sermonem instituam,
expedire videtur, ut descriptionem ac delineationem pa-
pyri præmittam, quam dederunt recentiores. Descri-
bit papyrum Prosper Alpinus, describunt eandem Pena


Papyrus.



& Lobelius. Alpinus libr. de plantis Aegypti cap. 36.
Papyrus, quem Bert Aegyptii nominant, est planta fluminis
Nilis, binis aut pluribus caulis rectissimus, supra aquam
sex, septemque cubitibus assurgens, caulinumve in fastigiis,
scapus innumeris capillamentis, longis rectisque contexsus,
cernitur. Foliis quoque constat multis rectis, ensiformibus,
tiphe aliquatenus similibus, triangularibus ac mollibus.
Chirurgi foliorum medulla utuntur ad ulcerum ora dilataran-
da. Adversariorum autores, in horto Pisano papyrus Ni-
loticam florentem legisse scribunt; quam cypero congenerem
faciunt, verum multo eleganterem, junceo harun-
dinaceo triquetro caule, medulla farcta tormentacea,
stipitibus multis proceris, levis, nitidis surrectis, senum se-
ptenūmve interdum cubitorum, quibus nupciam nisi ad

imum folia insunt cyperi aut sparganiis, repanda; radici-
bus arundinaceis, fibrosis, quas in Aegypto erutas af-
ferebant, non illic ortas; properea quia semine caret,
floribus tamen perquam speciosis, & luculentam in am-
bitu cæsariem effigiantibus: numerosis gracilibus thy-
rsulis, denso & æquabili comarum stipitu, & apicibus
prominentibus, ferulae in modum collectis, non ut cype-
ri, sparsis, quos circa ortum ambiunt radiatim scita folia
multo minora illis que sunt ad imum, uti in cype-
ro. Idcirco verisimile fit, hanc veram Theophrasti es-
se, & papyri descriptionem apud Plinium geminam
esse, sed multilam, æquè duabus diversi generis pa-
pyris confusam, nempe ex Aegyptia hac, & Baby-
lonia, cuius etiam alii scriptores meminerunt.

Papyrus ex Aegypto Salmasio missa.



Accepimus à Clariss. Salmasio iconem papyri ex Aegypto ipsi missam, quam & depingi curavimus. Caulis huic è rubro purpureus, viridi quandoque mixto, crassus, nec ut Alpini ac Lobellii icon ostendit, foliis nudus ac glaber, sed multis, latis, arundinaceis præditus. In altera tamen figura, caulis foliis orbis pingebatur. Folia habet admodum tenuia, viridia ac splendencia, ac, quantum ex pictura colligere possum, particularia; Spartò Hispanico non dissimilia sunt; sed instar trifolii in tria dividuntur. Utramque iconem exhibeo; lectori liberum relinquo judicium. Rara planta, sed an papyrus me fugit: plantam ipsam nunquam vidi, eam Clariss. Salmasius expectat.

Ov. μέντη τὸ κρίθιον, &c. Plinius loco citato. Radicibus incole pro igne utuntur, nec ignis tantum gratia, sed ad alia quoque utensilia vasorum.

Ποιοῦσι εἰς αὐτούς, &c. Doctiss. Constantinus legit, ποιοῦσι εἰς αὐτούς παντοδιάπλεα πολὺ γράμμους τὸ ξύλον τὸ κρίθιον. De ligno enim radicum agitur.

Autēς γράμμους. Plinius loco citato; Ex ipso quidem papiro navigia texunt, & ē libro vela, tegoresque, nec non & vestem etiam stragulam & funes. Naves ex papiro factas fuisse, notissimum. Herodotus in Euterpe tradit, Aegyptios fabricare suas naves è sua acantha, compages introrsum in biblo facere ex amputato papyri vertice. Τὰ δὲ διὰ πλοῖα σφι τοῖς φορτιζόμενοι, ἵστι τῆς αγριῆτος παιδίσμαρι, τῆς οὐρανοῦ μὲν εἰς οὐρανοῖς τῷ κυρηνεῖ λατρῷ, τὸ δὲ δάκρυνον κύπελλον. εἰς ταῦτα τὸ τῆς αγριῆτος πούλαρμον ξύλον οὖν διπήχεια, ταῦτα θύμησις, τευτηρία, μέρη ποιῶντας τερψινούς ποιόντες. τοῖς γράμμοις πυκνούσι καὶ μακρούσι σφι ταῖς διπήχειαις ξύλοιν τοῖς πλοῖοι ἀνά μέρη τὸ ποταμὸν οὐ διοραταὶ πλέον, λό μὴ λαμπωτές ἀπεισθεῖσιν ιπτήσι. οὐ γάρ δὲ παρέλασται. καὶ δέοντες οὐκ εγκινέσται μέλε. Naves eorum onerarie sunt factae è spina, cuius figura similis est lotu Cyrenæo, & cuius lachryma gummæ est. Ex hac spina ligna concidunt, que magnitudine bicubitali, in formam lateris componunt hunc in modum; cuneis frequentibus & longis circumneantur bicubitalia ligna; ubi hunc in modum compegerunt,

Caulis papiri Aegytiæ Salmasio missæ.



desuper frequentia transstra extendunt. curvatis autem in gyrum lignis non utuntur, sed introrsum compages byblo innectunt; gubernaculum unum faciunt (interuges, &c. legit, scitè faciunt) & hoc per carinam transit. malo quoque è pippa, & velis ex byblo utuntur. hæc navitia contra flumen meare non possunt, nisi luculentus ingrat ventus, verum à terra protrahuntur; secundum decursum hoc pacto feruntur. Plura de his navitiis cap. de arundine. Contra Theophrastus non ex byblo naves texi scribit, sed ex ipso papiro, id est, ex tota & solida ejus substantia, vela autem ex biblo facta fuisse. Ex solida papiro factas naves, probatur ex iis quæ de Moysi refert sacra pagina. Sed Lucani versum prius examinabimus.

Conseritur bibula memphitis cymba papyro.

Doctissimi viri pro, conseritur, legunt, conficitur; quod conserere naves, pro conglutinare; compingere naves, non convenire Latiali sermoni existiment. item quod idem Lucanus libr. 5. de bello civili puppes consertes cincinerit, quemadmodum & pugnam conserere eleganter dicimus,

— *Latumque per æquor
Ut terrestre coit consertis puppis agmen.*

Consertis, ibi denotat, vicinis, connexisque, non autem compactis atque consertis. Vulgata tamen lectio, conseritur bibula, defenditur, & munitur auctoritate Festi, quem Pacuvii spartea ferilla declarantem, reperio Latinè dicere, *navigia funesque conserere*. Illustravit etiam naves papyraceas Moysis adhuc infantis in aquam abjetio, quem ἐν θίβῃ πατέντη, id est, fiscella papyracea ad Nilum, Aegypti fluvium, expositum fuisse, sacra pagina docet. Οἰάλω Suidas exponit κενάποι, ἐπι βύζαντι λαττόν οἰς κεφινῶδες, arcula tenuis (parva, exilis) ad instar calathī, vel calathī forma. Hesychius, πλεύτην πειθεῖτες μὲν γλωττογραμμῶν. Textum quoddam arcæ forma quale, est γλωττογραμμῶν, scrinium in quo pecuniae recondebantur, tibicinesq; lingulas reponabant; dictū à lingua, ut scribit Erasmus, quod linguae formam haberet. Apud Athenæum libr. 3. νέοντες πινάκες τοῖς Σικελοπατέροις αργυρῷ, vas significat sive thecā, quæ amplexbatur

batur discum vitreum, ne frangerentur in ferculis rendis. Latinis repositorum dicitur, quod super veterum mensas reponebatur, ad fercula collocanda, quæ subinde cum ipso repositorio & afferebantur & auterebantur. Plinius libr. 28. cap. 2. Bibente conviva mensam vel repositorum tolli, inauspicatissimum judicatur. Idem libr. 9. cap. II. Testudinum putamina secare in laminas, lectosque, & repositoria his vestire, Caribius Pollio instituit, prodigi sagacis ad luxuria instrumenta ingenii. Οὐλού πανεγύ in qua Moyses repositus fuit, describit Iosephus libr. 2. de antiquitate Iudaica, & vocat ταῖς βίσταις, ιψφεις τῇ ρητοροῦ κρίδῃ, texturam papyraceam similem compagi curarum. Clemens Alexand. lib. 1. Stromatum. εἰς βίσταις τῆς ιππικοῦ οὐλού πανεγύρου, τῷ Μωυσῇ εἰνάρχῳ, ex papyro Ἑgyptia vas confecerunt, in quo Moysēm reposuerunt. Usi sunt & veteres arundinum coma ad navium structuram; quomodo & papyro commissuris interjicientes, ad textus ferruminandos, ut qua glutine sit tenacior, & explendis rimis tenerior. Et hæc de navigiis, quæ ex papyro texebantur. Et è libro, inquit Plinius, vela, &c. Hac de causa pessimè audit à quibusdā. Ajunt enim Plinium & Gazzam, & alios errare, quod εἰς βίσταις verterint, ex libro; quod, inquit, liber sit cortex exterior. Hæc multis ambagibus probare conantur, explicare tamen nœqueunt. Nāvicas ex toto & solido papyro texebant Ἑgyptii: unde papyraceæ Nili naves Plinio: at ex cortice interiori five libro, funes, velles, vela, & cætera texebantur. Recte ergo Plinius, & Gaza verterunt apud Theophrastum, εἰς βίσταις, ex libro. Nam & βίσταις inde vocata, id est, chartæ, vel libri, quod ex interiori corticis phyliris conficerentur. Arborum corticem dupliciter considerari, extra scilicet & intra, quis ignorat? Foris cortex est, intus liber. Isidorus ex antiquis criticis: Liber est interior tunica corticis, quæ ligno cohæret, in qua antiqui scriberabant. Ita papyrus dupliciter consideratur, quod est extra, papyrum vocat Plinius & Theophrastus; quod intra, biblus dicitur.

Καὶ ιψφεισαν δὲ τοῖς ἵξει τὰ βίσταις. Acriter nimis in Plinius invehitur Guiliandinus, quod hæc non verterit. Verum, inquit, si vox βίσταις in illo Theophrasti loco cum Plinio interpretanda est liber: jam Theophrastus cum ibidem etiam subjungens scribit, parari ē biblo βίσταις externis hominibus evidentissima; assimilat, ex cortice fieri chartam materiali voluminum, & omnis generis codicum. Hæc vero dicitur, οὐδὲ μοῦνον secum pugnare, quis non videt? Quod enim Plinius satis manifeste negat, id Theophrastus juxta Plinius interpretationem constantissime affirmit. Sed Plinius videtur hæc verba pro insertiis habuisse, ideoque etiam omnino negligisse, ubi hunc Theophrasti locum Latinam moneta percussum, in suum opus translatis. Quasi vero Plinius hac ratione satis excusatus sit in eo, quod credidit spuria esse ea verba, quæ tamen potissimum usum plantæ illius, de quo agit Theophrastus, ibidē expediant. Decuitne Plinium, tanto auctori, cuius verba premodū singula in suum opus translatæ, suo operi decors esse existimat, hujusmodi notam in uvere: quod nempe potissimum quiddam omisit? An vero etiam is non fuit istius plantæ usus potissimum, quod ex ea confecta est charta? Quibus igitur verbis Theophrastus hunc ipsum exposuit: si hæc verba sunt insertiia, & aliena, & non ipsius Theophrasti. Veniam sane, quam Aristoteles censuit dandam esse Phryni, & Timotheo, libenter etiam damus Plinio, & agnoscimus, quod nimis somnolentus fuerit, dum hunc locum Theophrastus interpretatus est. Que sequuntur scommata sunt, ideo à nobis omittuntur. Ad hæc his serè verbis, responderet Scaliger. Sed pagina 121. inclementer in Plinium invehitur, quod verba Theophrasti, οὐδὲ ιψφεισαν δὲ τοῖς ἵξει τὰ βίσταις, omisit. Atqui hæc præteritio illum patius quasi manus ducere debebat, ad suscipiendum id quod est, nempe, verba illa, τὰ βίσταις esse addita ab illis, qui sincerum vas incrustare volunt. Nam sane Theophrastus cum extrema narratione dixit, οὐδὲ ιψφεισαν δὲ τοῖς ἵξει τὰ βίσταις, illis verbis significat, se nihil aliud dicere, sed quia nota erant & Græcis, adeo non nominat. Scriptis igitur, οὐδὲ ιψφεισαν δὲ τοῖς ἵξει. Et alia queaque, inquit, ex papyro faciunt Ἑgyptii, que etiam in notitiam exterarum nationum pervenerunt, institutoris mercatorum. At τὰ βίσταις est glossa illius studiosi, qui sciebat etiam chartam ad libros ex ea scribi. Hanc veram esse lectionem Theophrasti quovis pignore contendere, tum quod eam Plinius non verit, tum quod de barbarismo suspecta est vulgata lectio. Alioquin quid opus est Theophrastum monuisse chartam fieri ex papyro, cum & pueris ipsi in Græcia id constaret; sed cum dicit, οὐδὲ ιψφεισαν δὲ τοῖς ἵξει τὰ βίσταις, ostendit hactenus nihil aliud recensere velle, quia palam omnina nota essent. Præterea si eam lectionem retinemus, βίσταις referendum ad ιψφεισαν, atqui ιψφεισαν non τοῖς ἵξει. Quæ-

de chartæ generibus, ejusq; præparatione apud Plinius leguntur, ea satis diligenter à Guiliandino & Scaligerò examinata sunt: cum autem hodie papyracea charta usum nullum habeat, nec de ea agat Theophrastus, nec hujus sit loci, de ea agere non fert animus. Attamen, verba Plini, ut in vulgatis habentur codicibus, de chartæ præparatione subiungam, addamque & Guiliandini, & Scaligeri emendationem. Plinius libr. 13. cap. 12. Texuntur omnes tabulae madentes Nili aqua. (Toleranus codex. texitur omnis madente tabula Nili aqua.) Turbidus liquor vim glutini præbet, eum primo supina (utrumque Toleranus & Salment. exemplar, in re cum primo supina. Forte legendum, inde cum primo) tabula scheda adlinitur, longitudine papyri, quæ potuit esse segminibus (exemp. Tolestan. resegminibus) utrimque amputatis. Transversa postea crates peragitur. Premitur deinde prælis, & siccantur sole plagule, atque inter se junguntur, proximorum semper bonitatis diminutione ad deteritas. Corrigit Guiliandinus; Texuntur omnes tabulae madentes Nili aqua: turbidus liquor vicem glutinis præbet, cum prima supina tabula scheda adlinitur (longitudine papyri, quæ potuit esse segminibus utrimque amputatis) transversa postea crates peragitur; premuntur deinde prælis, & siccantur sole plagule atque inter se junguntur. Ex his veteres ad hunc fere modum confecisse chartam conit. capiebant schēdam five phyliram, ea longitudine, quam papyri scapus dederat. extendebant deinde in tabula five asferre ligneo madida turbidis Nili aquis, cuius liquor glutinis vim præstabat, & hæc prima phylira stamen erat chartæ. Huic deinde alias schedas imponebant transversas ad angulos rectos, in modum cratis, puta sex vel septem schedis tabulam primum sternebant; totidem transversas supersternebant. Ad hunc modum stratus schendarum, cum transversos posuissent, cratem eam postea prælo premebant, ut exugeretur aquæ Niloticæ humor, qua litarant tabulam. Denique suspenso prælo crates illas expriment & destruebant, ut solæ ac separatae plagulae per se, vel etiam solis vi siccari possent. Latitudo chartæ optimæ tredecim digitorum, cæteris paulatim minor, scripturam ea parte excipiebat, qua segmenta, quæ subterminis locum habent, sunt agglutinata, & raro altera parte scribatur. Est igitur quod nobis gratulemur, qui infinito meliorem chartam, quam fuerit papyracea, & tritis lineis & goſiōpī paramus: quæ tam firma est, ut tam à tergo quam à fronte litteras æque possit sustinere, & singulis foliis binas paginas continere, alteram anticam, alteram posticam; adeo, ut nihil vetet, quo minus statim post primam paginam in opistographo ejus scribamus. Vulgaris charta quando reperta sit, ignoro; papyracea temporibus Alexandri Magni reperta. Plinius libr. 13. cap. II. Et hanc (chartam) Alexandri magni viae repertam, auctor est M. Varro, condita in Ἑgypto Alexandria, antea non fuisse chartarum usum: in palmarum foliis primo scriptitatum, deinde quarundam arborum libris. Hanc Varronis sententiam destruere & everttere conatur Guiliandinus, quod apud Anacreontem, aliosque Alexandro multo antiquiores, μωνεγον vox reperiatur. Anacreontis carmen supra citavi. Antiquiores, inquit, Alexandro Alcaeus, Plato Comicus. Maximopere errat, cum Alcae carmen esse dicit quod est Antipatri. Nam in eo est Piso, gentis Romanæ notum, & cœreus Saturnalibus missus est ritus Romani: ut contra eum disputat Clarissimus Iosephus Scaliger, ad rem ipsa porro respondens; non sequi chartæ usum ante Alexandri ævi finisse, quod papyri nomen ante notū fuerit; Non magis, mēhercule, inquit, quam vinum fieri cœptū statim postquam vitis nota fuit. Nam quod saeculis vitis nota fuit antequam vinum ex ea fieri cœptum? Hodie pars novi orbis, quam Floridanæ vocant, multa vite passim sine ullo iusu humano consita est. Ex ea incolæ nunquam vinum fecerunt. (nec apta ad vim uva; mediū inter uvæ & hederæ genus est.) An Hispani qui eam partem hodie colunt, puta cum vivet Scaliger; hodie sub Batavorum imperio erat) adhuc fecerint, nescio. (necdum Batavi fecerunt, non tentarunt Hispani.) Ita vitis prius cognita, quam vinum ex ea factum. Sic papyrus, quæ prius apud Græcos vinculum usum tantum præbebat, prius nota fuit, quam scribi in cœptum. Respondeo pro Guiliandino, usum chartæ ex papyro ante Alexandrum notum fuisse. Nam apud Platonem Comicum

legitur τὰ γραμματά τις περίσταται, codices chartasque exportans. Varroni oppono Galenum. Hic commentario secundo in libr. 6. Hipp. Epid. aphor. 13. scribit. Τὰ γράμματα οὐ καλύπτεται σφέντη πολυπλοκή γραμματά, τὸν ψόν αὐτοῦ θεωράτος αρχοντά φασι ταῦτα τὰ διοβιδία σωθεῖνα, τοὺς δέντες, καὶ τὸ ἔκλειν, εἰς οὐδὲ τὸ πεπτόν φασι. Scripta namque ab Hippocrate in diversis, vel chartis, vel tabulis ejus filium Thessaliam collegisse agunt, duosque hos libros, secundum videlicet atque sextum, integrasse, nonnulli quartum addunt. Ex hoc Galeni loco probatur, Imperatoris Commodi ævo præstantissimis medicis non constitisse, an Hippocratis ævo papyro, sive charta Niliaca, an tabulis è ligno confectis uterentur. Plato Comicus vixit circa Olympiadē octuagesimam primam, ut enumerat Eusebius. Suidas vero Platonem Comicum fuisse ait, per tempora Aristophanis. πλάτων αἰγαῖος καμπάνης τοῖς χρόνοις καὶ ἀετοφόρος. Post centesimā Olympiada vixisse Alexandrum Magnum Historici testantur. Ante charæ inventionem, in palmarum foliis scriptitatum, auctor Plinius. Gullandinus pro, palmarum, malvarum, legendum contendit, ac probat ex Cinnæ epigrammate:

Hoc tibi Areteis multum invigilata lucernis
Carmina, queis ignes novimus aërios,
Lævis in aridulo malvæ descripta libello,
Pruſiaca vexi munera navicula.

Omnino fatendum, in MSS. exempl. quæ apud clariss. virum Gerardum Vossium Historiarum & Politices professorem vidi, constanter in versibus citatis scribi, malvæ. Attamen Plinii locum corruptum esse, nego. Vera lectio, palmarum. Isiodorus lib. 6. cap. 12. At vero historiae majoris modulo scribebantur, & non solum in charta, vel membranis; sed etiam & in omentis elephantinis, textilibusque malvarum foliis, atque palmarum. In quibus verbis, ut rectè observavit Iosephus Scaliger, non solum veteres in palmarum foliis scriptitasse appareret, sed & illa folia texta & conglutinata fuisse; quin palmarum folia malvaceis longè præstantiora. Nam malvacea inepta ad mucrones calamorum tolerandos. Sed huic malo remedium erat gluten, & similia alia. Palmarum folia ad scribendum inidonea esse, scribit Gullandinus, quod duriora & asperiora sint; cum tamen experientia doceat, apertissima esse scribendo, si primum cultri dossello lævigaveris. Vidi litteras palmæ foliis inscriptas. Talem epistolam nobis dono dedit cognatus noster Wessel Bachier. Palmarum in foliis scripsisse veteres, ex Suida probatur. φοινίκια γραμματά. Λοδί οὐ λανε τὰ γραμματά δέπο φοινίκες Φ. Αγγειορρογες δέργες ἐλαῖος πούρες οὐδὲ αὐτούροι Κέρκης οὐδεῖνον δέπο φοινίκες τοι φοινίκες πτελάται. Phœnix littera. Lydi & Iones litteras accepérunt à fortissimo Phœnix inventore. illis contradicunt Cretenses, propterea quod in palme foliis inscribereur. Recte Epimenides.

Κρητεῖς δὲ Λεύκαι, κακὰ Ιηεία, γαστέρες ἀρρώσι.

Cretenses semper mendaces, malæ feræ, venères pigri.

Φοινίκια γραμματά, litteræ dictæ sunt, vel quod à Phœnicis repertæ sunt; vel, quod Cadmus Phœnix eas in Græciam attulerit. Theophylus extremo libr. 3. ad Autolycum de gentibus tradit, litteras vel à Chaldæis, vel ab Egyptiis, vel Phœnicib. repertas. φάσκουσι τὰ γραμματά δέργες, οἱ μὲν τὸ δέργον καρδαῖον, οἱ δὲ πτελάται Αἰγαῖον, οἱ δὲ δέπο φοινίκες. Lucanus. à Phœnicibus inventas tradit.

Phœnices primi, famæ si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Plinius lib. 5. cap. 12. Ipse gens Phœnicum in gloria magna litterarum inventionis, & siderum, navaliumque, ac bellicarum artium. Cadmus Græcos litterarum figuram docuisse, confirmant verba Clementis Alexandrinii libr. 15. Στρατιον. Κάδμος οὐ φοινίκης οὐδὲ τὰ γραμματά τῶν Ελληνος διηγεῖται φοινίκες Εροες; ita scribenbum docet Lipsius ad 11. annal. Taciti. Δέργες in editis legitur) οὐδεις Φοινίκες τὰ γραμματά Ηεδρης κακῆς γράφει. Cadmus autem erat Phœnix, qui fuit Græcis litterarum inventor, ut ait Ephorus. unde etiam Herodotus scribit, litteras vocatas fuisse Phœnicias. Locus quem citat Herodoti, reperitur in Terpilchore, ubi ait; Ιερες τὸ δέργανον τοῦ Φοινίκου τὰ γραμματά, μεταρρυθμίσαντες τοῖς οὐρανοῖς ἐξεισάγοντες τοῦ δέργου οὐρανούς, οὐρανούς τοῦ δέργου οὐρανούς, οὐρανούς τοῦ δέργου οὐρανούς. Iones cum litteras à Phœnicibus di-

dissent, immutata quarundam forma utebantur, & utentes famam sparserunt, (quemadmodum & aequitas postulabat) quia Phœnices eas in Græciam invexerant, Phœnicias vocandas esse. Idem Herodotus eodem libro, ιδοὺς ἐν αὐτῷ Καδμία γραμματά ταῦτα ιστορίαν τοῦ Αποδάνων τοῦ Ιανοῖον τοῦ Θεοῦ τῆς Βοιωτῶν, ταῦτα τέλοιοι νοεῖνται γραμματά ταῦτα πολλὰ οὐδοῖς ιστορίας λογοτεχνίας. Quin ipse vidi apud Thebas Boeotias in Ismeniis Apollinis templo, litteras Cadmenses in tripodibus quibusdam incisas, magna ex parte similes Ionicis. Plutarchus libr. 11. probl. 3. ταῦτα διατάσσεται τῇ Φοινίκειᾳ διὰ Καδμού οὐρανούδιντα, ταῦτα τὰ τέλοια γραμματά ταῦτα πολλά οὐδοῖς. Primas autem (hoc est, sexdecim litteras primo inventas) quæ Phœnicie propter Cadmum appellantur, quaternio quater sumptus exhibet. Plinius libr. 7. cap. 6. Utique volunt in Græciam intulisse εἰς Φοινίκειαν τὸν Καδμόν 16. numero: quibus Trojano bello Palamedem adsecisse quatuor hac figura, Θ, Ζ, Φ, Χ. Totidem post eum Simonidem Melichum, Ζ, Η, Ψ, Ω. De litterarum inventione satis; plura qui velit adeat artem Grammaticam Gerardi Vossii, legat & revolvat cap. 8. 9. 10. & 11. libr. 1. Non male forte agam, si Taciti locum, de Græcarum litterarum inventione, ex Annalium libr. 12. adscripsero. Hic Palamedem non quatuor, sed sexdecim litteras adsecisse Cadmæs scribit his fere verbis; Quippe fama est, Cadmum classe Phœnicum vécium rudibus adhuc Græcorum populis artis ejus auctorrem fuisse. quidam Cecropem Athenensem, vel Linum Thebanum, & temporibus Trojanis Palamedem Argivum memorant sexdecim litterarum formas, mox alios, ac præcipuū Simonidem, cæteras reperisse. Hunc locum corruptū scribit Iustus Lipsius, legiturque, Cecropē Athenensem, vel Linum Thebanum sedecim litterarum formas, & temporibus Trojanis, Palamedem Argivum quatuor, memorant; mox alios, ac præcipuum Simonidem, cæteras reperisse. Emendationis hanc adfert rationem, quod veterum, quos quidem legerit, nemo hoc de Palamede tradiderit, quod apud Tacitum legitur vulgo. Correctio Lipsiana non arridet Gerardo Vossio; quod antiquissimus Rhetor Gorgias, inter cætera Palamedis inventa reponat, γραμματά, μηματά οὐρανού, litteras, memoria instrumentum. Quo pacto, inquit Vossius, neutiquam loqueretur, si putasset, eum solum tres vel quatuor litteras, ac tales quidem, ut carere iis possimus, Cadmœs litteris addidisse. Præterea apud Hyginum in fabulis cap. 277. undecim dicuntur invenisse litteras. Vbi, inquit Vossius, si pro undecim, sexdecim reponam, propius à vulgata lectione recedam, quam qui pro communiori opinione quaruor substituat. Est quoque pro hac sententia Scholiastes Euripidis in Orestem: ut qui a Palamede referat repertas litteras septendecim, quod Tacitus numerum leviter admodum excedit. Sed facile à Librario potuit 15. sexdecim in 13. septendecim commutari; ut plane mihi persuadeam, 15. scripsisse Scholiastem. Eo magis, quia videam, quod de Palamede traditum est à Tacito, similiter legi apud Eusebii, sive Georgii Syncelli exscriptorem Georgium Cedrenum, qui ante annos quingentos & quinquaginta vixit. Plura qui velit, audeat Vossium. Nobis tantum propositum fuerat Suidæ refellere sententiam. Utrum à Cecrope, an à Cadmo Græci litterarum figuras acceperint, nolo admodum diligenter inquirere. Nam ista de Cadmo, & illa de Cecrope sententia, non magno adeo distant intervallo. Cecrops enim imperium tenebat, iis temporibus quando Mozes apud Iethronem socerum in terra Madian habitaret. Cadmus autem, ut Hieronymus in Chronicō Eusebiano tradit, temporibus Iosue, una cum fratre Phœnicio Thebis Aegyptiorum in Syriam profectus fuit. Ut probable admodum sit, Othonielis tempore εἰς Φοινίκια in Græciam venisse, atque ibi in memoriam Thebarum Aegyptiarum Thebas Boeotias condidisse. Hebræos autem ante litteras novisse, nemo facile in dubium vocabit. Adit Plinius, cum scripsisset in palmarum foliis scriptitatum, postea scripsisse veteres, in quarundam arborum libris. Liber vocatur, teste Isiodoro, corticis pars interior, estque medium quoddam inter corticem & lignum. Sed in quarum arborum libris scriptum? In tiliæ corticæ interiori veteres scripsisse, extra controversiam est. Suidas. φοινίκης οὐδὲ δέργης οὐδὲ τοι φοινίκης φοινίκης οὐδὲ τοι φοινίκης. Tilia est arboris genus, quod liberum habet similem byblio papyri. In libro hoc scripsisse veteres, ex Herodian. libr. 1. ubi de Commodo agit, probatur. Λεύκαι γραμματά ταῦτα δέπο φοινίκες εἰς δεκτοτηταν ιστορητούς, ιστορικούς αὐτούς τοι φοινίκης οὐδὲ τοι φοινίκης. Sumpto in manus libello, quales ex tiliæ tenuissimi & utrinque plicatiles sunt, conscribit in eo, quo scunque illa nocte interficeret statuisse. Xilinus in Domitiano, ταῦτα οὐρανά τοι φοινίκης δέργης οὐρανά, cum eorum nomina scripsisset in duplicibus tabulis tileaceis. Ulpianus, Librorum appellatione continentur

continentur omnia volumina, sive in charta, sive in membra sint, sive in quavis alia materia. Sed & si in philura, aut in tilia, ut nonnulli conficiunt, aut in quo alio corio; idem erit dicendum. Pergit Plinius. Postea publica monumenta plumbeis voluminisbus, mox & privata linteis confici capta, aut ceris. Volumina, improprie dixit pro laminis plumbeis: quæ non volvuntur, unde volumini nomen; Laminarum plumbarum mentio fit apud Iobum cap. 19. *Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei?* *Quis mihi det, ut exarentur in libro,* & sylo ferreo in plumbi lamina, vel certè sculpantur in petra? Suetonius in Nerone cap. 20. plumbbeam chartam vocat. Sed & plumbbeam chartam supinus pectore sustinere, & cylstere, vomituque purgari, & abstinerere pomis, &c. Guiliandinus damnat Suetonium, quod chartam, non papyru dixerit plumbbeam; cum papyrus nomen materiæ sit, quæ planta est, non plumbum: charta vero dicitur ab usu: eoque & ex papyro & aliunde fit charta. Rectè ergo Tranquillus chartam dixit plumbbeam. Quomodo & locutus Lysimachus Alexandrinus; cujus apud Flavium Iosephum lib. I. aduersus Appionem fit mentio. Hic inter cætera recenset, quomodo Bocchoris, rex Ægypti, Iudeos lepra affectos mandarit. *και μολυβόντας καρπούς κράντους,* hoc est, plumbeis chartis involutos, in mari dari præcipites. Mox & privat linteis, &c. Librorum linteorum meminit Livius decad. I. libr. 4. Nihil enim constat, nisi in libros linteos utroque anno relatum inter magistratus præfecti nomen. Paulo infra. In tam discrepanti editione, & Tubero & Macer libros linteos auctores profiterentur: neuter tribunos militum eo anno fuisse, traditum à scriptoribus antiquis dissimulat. Licinio libro haud dubie sequi linteos placet. Erant autem veterum linteui libri, non quales nostri, qui & linteui dici possunt, & fortè debent, sed in telam lineam descripsi; non aliter quam hodie pictores varias rerū imagines ac formas in linteis depingunt. Denique in cera veteres scripsisse, Plinius air. Sed in antiquis codicibus, ut optimè obseruavit Hermolaus, schedis legitur. Quæ lectio Scaligero arridet. Aliud autem est scribere in ceris, aliud in schedis. Nam cerae deletiles erant, schedæ non item; quæ nihil aliud erant, quam pagellæ ligneæ. Casiodus liber. II. Erat indecorum, fateor, doctos sermones committere tabulis impolitis, & in veterosis ramalibus imprimerem, quod sensuali poterat elegancia reperi. Schedæ autem erat afferes sive tabellaræ lectiles, non absimiles scandalis, quibus tecta, regularum vice, in quibusdam locis reguntur, dictæ δὲ καὶ γένε, id est, à diffundendo, sive dissecando. Sed fortassis Plinius per ceram intelligit, cera-tam tabulam. Prudentius Hymno nono de Cassiano martyre.

*Inde alii stimulos, & acumina ferrea vibrante,
Qua parte aratis sera sulcis scribitur.
Et qua seicti apices abolentur, & æquoris hirti
Rursus nitescens inventitur area.*

Primo in versu docet, stylum quo in cera usi, mucronem habuisse ad literas formandas; in secundo vero ver-su tradit, eundem stylum in summo planum fuisse ad ali-quit delendum. In tabulis his primum ferreto stylo scrip-ferunt, deinde ossea cuspidi, cum vetitum esset, ne quis è ferro graphium haberet. Plautus in Bacchide.

*Chry. Nunc tu abi intro Pistoclyre ad Bacchidem, at-
que effer eito.
Pist. Quid? stylum, ceram, tabellas & linum.*

Atta in Satyra, *Vertamus vomerem in ceram, mucroneq;
aremus. Osse.* Isiodorus lib. 6. c. 9. Græci & Thuscii pri-mum ferro in ceris scripserunt; cum autem graphiis fer-reis abuti inciperent ad vulnerandos alios, graphiis usus ferrei interdictus fuit, cuius tamen postea rediit usus. Mar-tial. lib. 14. epigram. 21.

*Hac tibi erunt armata suo graphiaria ferro.
Si puer dones, non leve munus erit.*

Reperio veteres in aliis rebus scripsisse, quam iis, quæ haec tenus recensuimus ex Plinio. Syracusani oleagino folio nomen ejus inscribant, qui nimia valebat auctoritate, ac ob potestatem erat suspectior. Quinquenniū exula-re debebat ejus nomen sacerissime omnium in foliis olivarum legeretur. Diodorus Siculus libr. II. *τὸν δὲ Ἀγριαῖον οὐ πολιτῶν ίδε γράψει εἰς σφραγῖς τάνατον τὸν δι-* ιηστρον *μάλιστα διατὰς τοὺς πολιτῶν.* *τὸν δὲ τοὺς συγ-
γενεῖς εἰς πίπελον ἵλας γράψεις τὸν συγτάτην τοὺς πολιτῶν.*

*Διελθεὶσιν δὲ τὴν πόλιν τὸν τάνατον τὸν διατάσσεται, φέρειν
καὶ τοὺς πολιτῶν. Nam apud Athenenses in testam unum-
quemque ciuium inscribere oportebat, ejus nomen qui ad ty-
rannidem occupandam maximè potens videbatur. Sic apud
Syracusanos in olive folium qui potentia maximè valeret
referendus erat. Recensitis ergo foliis, qui numerò illorum,
superabat, quinquenniū exulare cogebatur. Hoc vocatum
ait, πιπλούσιον. οἱ δὲ οὐκ' Ἀθηναῖοι τοῦτο τὸ πιπλούσιον οὐ
οὐκαντούσιον. οἱ δὲ οὐκέτι οὐ πιπλούσιον, οἱ δὲ Συρεκυσαῖοι πιπλούσιον.
Quod Athenenses igitur ab ipsius rei causa ostracis-
sum dixerunt, id Syracusei publice ratione petali-
simum nuncuparunt. His ita præmissis, videndum, quid
velit Hesychius cum ait, πιπλούσιον δὲ οὐ πιπλούσιον
πιπλούσιον, est ostracismus qui fit per folia. Hoc
non intellexit vir magnus, cum πιπλούσιον dici scribit, quod
nomina in laminis signarentur; imaginari non potuit,
quod in arborum foliis scriberent veteres. In ære pre-
terea scripserunt. Suetonius in Julio aëta publica æri in-
cisa tradit. Ad quod respexit I. Metamorph. Ovid.*

— Nec verba minantia fixo
Hæc ligabantur.

Nihil vulgatus, quam lapidibus, saxis, marmoribus
litteras incidisse veteres. Nemo ignorat decalogum la-
pideis tabulis à Mose inscriptum fuisse. De Sethi dua-
bus columnis nihil dicam. Ægyptiōs ante papyri usum,
notas suas Hieroglyphicas saxis insculpsisse, canit Lu-
cianus lib. 3.

*Nondum flumineas Memphis contexere byblos
Noverat: & saxis tantum volucresque feræque
Sculptaque servabant magicas animalia linguas.*

Refert Plinius lib. 7. cap. 56. Babylonios ac Phœnices
leges atque instituta sua inscripsisse coctis laterculis. Co-
lumna & monumenta, quæ hodie supersunt, docent a-
pud Græcos & Romanis morem fuisse, saxis inscribere.
Horat. libr. 4. od. 8.

— Incisæ nota marmora publicis.

Sed ad papyrum revertamur. Illud in quo scripserant
veteres ex papiro confectionum καρπού, nominabant vete-
res. Nomen hoc inditum, δὲ τὸ καρπού, id est, salutando,
quod in frontibus epistolarum apponenter antiqui καρπού.
καρπού igitur, salutator. Inde Martialis lib. 9. epigr. cap. I.
epistolam sic ανεφέατε.

*Marcus amat nostras, Antonius Attice Musas;
Charta salutatrix si modo vera refert.*

Primus Cleon in epistolis καρπού usurpavit; primus eo
rejecto, δὲ πατέτω, bene agere, prætulit Plato. Materies
autem ex qua charta fiebat, papyrus dicebatur & βιβλός;
vel, ut aliis placet, βιβλός per v. βιβλός dicta est, δέ το
τούς βιβλούς εἰς αὐτῷ βαθεῖος, quod vita in ea perscriberetur.
vel δέ τούς βιβλούς εἰς αὐτῷ βαθεῖος, quomodo Eustathium
scripsisse puto, quod papyri tunicas dispesci solebant in
tenues philuras, iis acu à se invicem separatis, ita ut suo
quæque ordine detrahentur. Plinius loco citato. Pre-
parantur ex eo chartæ, divisio acu in prætenues, sed latissimæ
philuras. Miror admodum, id non cepisse Guiliandinum,
qui ad hoc, non acus, sed cultri, aut alterius ferri operam
requiri contendit. Certe, si ferro alio opus fuit, æquè re-
ctè quadrabit etymon. Bios Græcis acus, nervus, sagitta,
arcus. Cæterum μυτηρικῆς tam papyrus, quam biblos
pro papyri philuris in quibus scribebatur, sumitur.

Ματαριτα, &c. Hac de causa nomen accepit μυτηριτα, *τὸν τοῦ πάτεροῦ τὸν πυρόν,* quod triticum, id est alimentum
in se contineat, ac possideat; vel quod saporem præbeat
tritici. Πάτερ enim aliquando τριτον significat. Hunc lo-
cum his verbis exscriptis Plinius. Mandunt quoque crudi-
dum decoctumque, succum tantum devorantes. Dioscorides lib. I. cap. 115. non ipsi cauli, sed radici alimentum
inesse scribit. Έχει δὲ τὸν πύρον τὸν πυρόν εἰς τροφιμον (alt. γλυκυτερ-
φιμον) Διεμαστούμενον γεννεῖ αὐτὸν οἱ τοι Αἰγαῖοι, διερχούσοντες επ-
πλοντες τὸ Διεμαστομενον. Habet autem radix alimenti nonni-
bil: quo sit, ut eam commanducantes Ægypti, succum exu-
gant, commansum reliquum expuant. Diocordē & Thec-
phrasṭū Herodotus, utroque antiquior, conciliare vide-
tur in Euterpe. τὸν δὲ βύτας τὸν ἐπιτηνον γαροθύλον. ιπάτη οὐτε
αὐτούσιοι εἰς τὸν διπλόν, τὸ δὲ ὡς αὐτὸς διπλεύεται, οὐ τὸ πήχος, τριτεύ-
ει, τριτον πολιτον. οἱ δὲ οὐκ οὐκέτι βούλονται κρέπη τὸν βύ-
θον γεννᾶσι, οὐκ επιβάσια Διεμαστομενον ποιάσι οὐτο τριτεύεται. Iam
vero byblum annuum ubi ē paludibus excerpserunt, sup-
O o 3

riorem ejus partem amputant, quam in aliud quid converunt: quod relictum est inferius, longitudine cubitali, id edunt pariter, ac venundant. Eo siquidem admodum suavi uti cupiunt, in luculento furno torrefactum ita commedunt. Quod Herodotus ait superius amputari, ac, quod relictum est cubitali longitudine edi, inde Dioscorides coligit partem radici proximam edi; & pro parte radici proxima, radicem posuit.

O μὴ τὸ πάπυρον, &c. Hic notandum, Theophrasto & Plinio papyrum esse masculini generis, cum Dioscoridi ac reliquis Græcis ac Latinis sit fœminini. Virg. in Ceiri.

Doxa Palæphatia testatur voce papyrus.

Contra Plinius, *Ex ipso papyro navigia texunt.* — *Praeparantur ex eo chartæ.* Eidem Plinio & papyrum dicitur. Papyrum nascitur in palustribus Ægypti.

Γίνεται δὲ τὸ Συγγένιον σcribe, γίνεται δὲ τὸ Συγγένιον. Plinius loco citato, Nascitur & in Syria, circa quem odoratus ille calamus lacum. Neque alius usus est, quam inde funibus rex Antigonus in navalibus rebus, nondum sparto communicato. (In antiquo codice legitur. Neque ad alios usus illis, quam in funibus. Rex Antigonus in navalibus usus est rebus, nondum sparto communicato.) Nuper & in Euphrate nascens, circa Babylonem papyrum intellectum est, eundem usum habere chartæ. Et tamen abduc malunt Parthi vestibus litteras intexere.

Tὸ δὲ στιφί, &c. Tὸ στιφί. Theophrastus Ægypto peculiare tradit. Idem docet Hesych. οὐδέ τοι στιφί φυστόν, οὐδέ τοι στιφί Αἴγυπτος εἶλον. Sarion & sari planta in Ægyptiis nata paludibus. Plin. lib. 13. cap. 23. Fruticosi (corrigunt, fructuosi) est generis & sari, circa Nilum nascens, duorum ferme cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, similique mandatur modo: radice ferrariis officinis præcipua carbonis usu propter duritiam. Sari ergo non est papyrus altera Italie familiaris, qua toros & stramina farciebant pauperes, quod sari, ut Theophrastus, Plinius & Hesychius docent, sit Ægypto peculiaris. Quæ planta sari sit ignor, nec à recentioribus, quod sciām, descripta. Caulem hujus στιφίον vocari, tradit Theophrastus, eumq; triangulum esse, comamque papyraceam habere. Plinius simili modo ac papyrus mandi, tradit. Theophrastus mansum & exsuccum expui, quod etiam de papyro tradidit.

Tὸ δὲ μαυσόν, &c. Aldinus & Basileensis codex μαυσόν. De mnausio vel de mnausio plura quæ dicam, non habeo. Φύσις δὲ καὶ ἵππος. Doctiss. Robertus Constantinus à Theophrasto describi existimat Stratiotem. Dioscorides lib. 4. cap. 102. Σερπόντης οἱ τοῦ ιδίου φύσιδος, οἱ δὲ ποταμούς σερπόντων καλούσιν ὀνόμασεν, διὰ τὸ επικινδύνον τοῦ ιδίου καὶ χορεῖς ἐν τοῖς ιδίοις φύλοιν. Φύλλον δὲ τοῦ ιδίου οὐχίον τοῦ ιδίου φύσιδος, οὐδὲ τοῦ ιδίου φύσιδος, τοῦ ιδίου φύσιδος τοῦ ιδίου φύσιδος, τοῦ ιδίου φύσιδος τοῦ ιδίου φύσιδος. Stratiotes in aquis nascens, quem alii stratiotem fluviatilem appellant, ex eo cognomenum traxit, quod aquis supernat, & sine radice vivit. Foliū habet aeizoo simile, at majus, idemque refrigerandi vi præditum. sanguinem qui defluit à renibus potum sifist, ex aceto autem illitum, vulnera & erysipelata, nec non & cædemata ab inflammatione vindicat. Est & alter stratiotes millefolius, de quo verba Theophr. intelligi nequeunt, Meminit prioris stratiotis Plinius lib. 24. cap. 18. Celebratur autem & à Græcis stratiotis; sed ea in Ægypto tantum, & inundatione Nili nascitur, aeizoo (id est sempervivo) similis, ni majora haberet folia; refrigerat mire & vulnera sanat ex aceto illita. Aeizoo folia comparat Plinius. male ergo viri docti Diose. non aeizoo, sed aeizoo scripsisse contendunt. Idem Dioscorides in Ægypto inundatione Nili nasci stratiotem tacet. De Mnausio hoc Theophrastus aliunde ergo hoc Plinius, quam ex Dioscoride habet. Quod autem Dioscorides radicem habere negat, factum videtur, quod folia sessili sua basi, radices ita occultant, vix ut illæ conspici possint. Planè radice carere non sit verisimile: fibras enim plantæ, quæ radice carere dicuntur, radicum loco habent, quibus velut ore alimentum suscipiunt, quo quidem dum, vivunt, carere nullo modo possunt. Stratiotem Ægyptum describit Prosper Alpinus libr. de plantis Ægypti cap. 25. Pelusium, inquit, nunc Damiana vocata, civitas in Ægypti humiliori solo posita est, quo sit, ut Nilo flumine ad eam perlabente largius ejus solum inundetur, & ad libitum irrigetur. Hincque multa lætiora, atque amoenissima, quam in toto Ægypto, seperiuntur prope hanc urbem viridaria, cassisi, limonibus, vitabis confita, at que inter se more Italico fossis (que alibi in toto Ægypto nusquam reperiuntur.) aqua fluminis decurrente plenis, distincta spectantur. In illis itaque fossis quæpiam herba copiosè provenit, aquæ lenticulae palustris modo

super natans, sine caule, foliis cynoglossi, brevioribus, densioribus, latioribus, durioribus, his superioribusque ac albidiōribus, à quibus pro radicibus exigua ac rara quædam lanugo pendet. Quæ planta majori sedo, vel sempervivo est similis, quam appellant Hayalem elmaovi, quasi dixerint aquosum sedum. Nullo odore est referta, eo excepto, quem ab aqua accipit. Sapore tanè adstringens ac sicco longiam ferit, nota secus quæ acacia faciat. Ad eadem ipsa mala ii utuntur, quibus plantaginem conducere compertum est. Ex quo mulieres rusticæ, quas Bedovi vocant, ad fistendam sanguinis erupcionem ex utero, atque aliis partibus, ejus decoctum, vel succum, vel pulverem per os quotidie ad drachma pondus sumunt. Rustici quoque ad vulnera sananda foliis contusis superpositis utuntur, mirificeque easanant. Hæc planta Mnausio Theophrasti esse nequit, quod in re cibaria nullum exhibeat usum. Inepta enim ad alendum viderut. Cæ-

Stratiotes aquaticus Belgicus.



terum in Batavicis fossis aliud stratiotis sive sempervivi aquatici genus reperitur. Hoc folia aloes (id est, sedi maximi) herbae habet similia; sed breviora & minora, per ambitus duris quibusdam brevibus aculeis spinosa; inter quæ vaginæ quædam erumpunt, cancrorum forniculis persimiles, quibus dehiscentibus, flores exerunt candidi, trium foliorum, ranæ morsus perfimiles, luteola exigua stamina in medio gerentes. Pro radicibus fibræ longæ sunt, rotundæ, candidæ, crassioribus fibrarum fibris, aut longis lumbricis persimiles; quæ ab ipso folio exerunt, & brevi capite descendentes, aquæ fundum petunt, quem tamen rarius assequuntur. Exerunt ab eodem & aliæ obliquæ fibræ, quibus uti ranæ morsus multiplicatur. Apud Batavos in stagnantium aquarum lacubus & fossis frequens admodum. Maxima foliorum pars una cum floribus aquas superat, reliqua ipsius stirpis sub aquis condentes; Iunio, Iulio & Augusto floret. Sedum appellari potest aquatile, ab aloes videlicet similitudine, quod Latine quoque sedum appellatur. Nam aquis innascitur, iisdemque supernat; & si fibræ illæ quas ad aquarum fundum demittit, radices non sunt, absque radice etiam vivit; jam & sempervivo orbiculato foliorum ambitu similis est, foliisque quam illud majoribus & longioribus, nec non refrigerantis naturæ. Quod si hic stratiotes in Ægypto nasceretur, magnam cum delineata à Theophrasto planta haberet similitudinem. Stratiotes ab Alpino descriptus, non est ea planta quam hic describit Theophrastus; quod folia ejus non sunt valde viridia, sed albidiora quam cynoglossi, quæ nec admodum viridia. Sed inquirendum, utrum stratiotë Dioscoridis describat Theophrastus. Folia sedi majoris vulgati parvæ cum liliaceis habent similitudinem. Lilio folia sunt magna, oblonga, lata, carnosa lævia, in herbaceo ac diluto colore virentia. Sempervivi vero parva, pollicis lati longitudine, linguis similia, pinguia, carnosa, succi plena, caulicularum fastigia

gia ambientia, oculi effigiem æmulantia. Quæ ostendunt diversam admodum figuram foliorum liliæ & sempervivi. Ergo planta quæ describitur à Theophrasto, non potest esse stratiotes, nisi quis velit, *αντὶ τοῦ κελτοῦ τῷ αἰγαλῷ* scribere. Sed hæc lectio probati alicujus auctoris fide muniri debet, vel firmis probari rationibus. Certè stratiotis Batavicæ folia, majorem habent cum liliaceis similitudinem, quam sedi. Nam stratiotis Batavici à liliaceis tantum differunt, quod duriora & crassiora sint, & per ambitum aculeis prædita; alioquin *πολεόφυλλοι* dici potest,

ΚΕΦ. Ι.

De faba, loto, & corsia loti radice, & malinathalla.

*Pagis nō nō γραμμέα, &c. Quæ sequuntur, usque ad capi-
tis finē, non vertit Gaza. credo quod corrupta. Scribe, ἐγεῖς
τὸν γραπτόν ματα. οὐκαίναι δὲ αὐτοὶ διπλεῖσιν ἕπεται
τὸν τοῦ εἰδώλου τοῦτο ἢ γινεται καὶ εἰ τοῦ ποταμοῦ, εἰ μὲν ὁ ποταμὸς
φίεται. Et ad fracturas. Ruptis se uilem ostendit, quod velut
abrupta aquis deferritur, subsunīque alia plura folia, que i-
ta super extant aliis, ut minimè videantur rupta. Nascitur
in fluvio si aquarum cursus non extulerit.*

C A P. X.

Faba in paludibus stagnisque exit. Caulis ejus, ^{Faba} ^{Egyptia in paludibus.} qui longissimus, quaterna cubita perficit: crassitudo digitalis est, similis calamo + molli, non geniculato: + rimas intrinsecus habet tendentes per totum, lili modo: caput super hunc favo orbiculato vesparum non absimile. Inque singularis cellulis singulae fabae continentur "paululo super id eminentes: multitudine plurimum terrena. + Flos duplex quam papaveris: color roseus in plenum. Super aquam folia ad singulas fabas amplexa exeunt: fabam quamque conterenti amarum illud, ex quo pilula fit, inflexum patescit. Fructus ita se habet. Radix crassissima, hartundi ne plenior, + rimas similiter atque caules habens: manditur & cruda, & elixa, & affa: eoque cibo, qui incolunt paludes, utvntur. Nascitur itaque sponte vel plurima: caterum, & seritut + in limo, paleis large admistis, ut descendat, incorruptaque maneat, sique fabeta faciunt. Sin autem semel apprehenderit, perpetuo manet. Radix enim valida est, nec procul harundinum stirpibus, verum spinis subhorrens. Quamobrem crocodilus eam refugit, ne occurrens oculo offendatur: quoniam acute non videt. Nascitur haec etiam in Syria Ciliciaqne, "sed tractus ipsi non plene conficiunt. Et circa Toranam agri Chalcidi quodam in lacu exit, + magnitudine mediocri, ubi & percoquitur, & perficitur, & in plenum fructificat. Qui lotus vocatur, + planis parte maxima provenit, cum rura inundantur: huic natura caulis similis fabae, & "fructus eodem modo, verum minores, gracilioresque. Nascitur fructus in capite, modo quo in faba; flos candidus, liliis foliorum angustia proximus: multi, ac densi + promiscui exeunt. Sole occidente se compriment, caputque integunt, ad ortum aperiuntur, & super aquam assurgunt: idque facit dum caput perficiatur, floresque defluant. Capitis magnitudo quanta papaveris maximus, & percingitur incisuris non alio modo, quam papaver: nisi quod in his fructus frequentior habetur, qui milio non absimilis est. In Euphrate caput floresque mergi referunt, + atque descendere usque in medias noctes: tantumque abire in altum, ut ne demissa quidem manu capere fit: diluculo deinde redire, & ad diem magis. Sole oriente jam extra undas emergeret, floremque patefacere: quo patefacto amplius insurgere, "ut plane ab aqua absit alte. Egyptii capita ipsa aceruis putrefaciunt. Cumque tegumenta putruerint, in fluamine lavando separatus perfectionem ducitur. + nascitur plurima in agris, ubi Nilo munito cooperi fuerint. "folia minora & tenuiora. + continua serie ac fine intermissione exeunt. + atque vespertino tempore descendere usque in medium noctem. "multosque conspicit ab aqua extantes.

τούς πιθεῖσι, καὶ τούτῳ χρωμάται σπίνει· οὐδὲ πίζα τὸ λαβτὸν καλεῖται οὐδὲ κέρος. ἐπὶ τῷ σρογγύλῃ τῷ μέρεθος, ηλίκην μῆλον καδῶνιον. Φλοιός θὲ τείχισται τῷ αὐτῷ μέλας, ἐμφέρεις τῷ κατεστακτῷ καρύφ. τὸ δὲ σέρες
 † λεκυθῶνς.
 Ald. & Basf. λακόν εὐφόρμον οὐδὲ καὶ ὀπίσθιμον γίνεται τὸ λεκυθῶνς.
 οὐδὲ δὲ σὲ τῷ ὑδατι αὐτῇ αἱμή. καὶ τὸ οὐδὲ σὲ τοῖς ὑδασι
 οὐδὲ τὸ δὲ σὲ τῷ χρεῶν τῷ εἰσιν. ἐπὶ τοῖς αἱμάδεσσι χωρίοις, ἀλλὰ
 σὲ πόρρω τὸ πέμπτον, φύεται καὶ γῆς ὁ καλεῖται μελι-
 ναγέλλη. σρογγύλον τῷ χριματι, μέρεθος οὐδὲ ηλίκην
 μέσσιλον, ἀπύρηνον "οὐδὲ, ἀφλοιον. Φύλαξ οὐδὲ ἀφί-
 σιν ἀπὸ αὐτοῦ ὄμοια κυπεΐδων· τοῦτα τὸ σωμάτιον τοῖς
 καὶ τῷ χώραν, εὐθύσιν σὲ βρύσι τῷ δότε τῶν κρετῶν,
 καὶ γίνεται δὲ γλυκέα σφόδρα. χρωμάται οὐδὲ πάντες α-
 ποτε τρεμήσουσι. τοῖς δὲ βρύσι τὸ τερεβάτης αἴπαν-
 ται οὐδὲ τὸ φύλακα εἰδώδημα εἰσιν. ἐν οὐδὲ τῷ γένος σὲ
 τοῖς λίμναις τὸ τελετεῖον φύεται Διεφέρον. οὐδὲ χλω-
 ρὸν νέμονται. καὶ ξηραίρουσι παρέχονται καὶ χειμῶνα
 τοῖς βρύσιν, ὅπερ εργάζονται. καὶ τὰ σώματα ἔχουσιν
 στρογγύλα, λαμβανοντες εὔγενον· εἰσὶ καὶ ἄλλοι τὸ φύλα-
 κον αὐτοματον σὲ τῷ σίτῳ· τοῦτο οὐδὲ σὲ τὸ σίτον
 καθαρός, τὸ τερεβάτης κατεβάλλεται τὸ χειμῶνα
 οὐγενὸν τὸν γῆν. βλαστούσιν οὐδὲ, πιμόντες τὸ ξηρά-
 ζυγίοις, σιωτὸν τῷ καρπῷ τοῦ θηλυκού μέρους. οὐδὲ καρ-
 πὸς, μέρεθον οὐδὲ ηλίκην σόσιμον· σρογγύλος δὲ οὐδὲ
 τῷ χρωμάτι χλωρός. αἷαδος δὲ Διεφερόντως. σὲ αἰγύπτῳ οὐδὲ σὲ τὸ πάντα χρεὸν ταῦτα αὐτὶς λαβεῖται.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Onus καρπος. Adhuc sumus in Ægypto. Qui abscondet
 hanc partem, è superioribus multa quoque faciat capita.
 Διεφύσις. Tam hic, quam infra de radice Theodorus legit Διεφύσις; item Hermolaus: Rimas, inquit, tili modo. Fabam hanc etiam Colocasiam nominant. Herodotus de loto, cum dixit, sine nomine de faba scribit. in δὲ καὶ αὖτα περί
 θεραπείας τοῦ ποταμοῦ τοῦ Βρύσι τὸν ηλίκην σόσιμον· σρογγύλος δὲ οὐδὲ
 τῷ χρωμάτι χλωρός. αἷαδος δὲ Διεφερόντως. σὲ αἰγύπτῳ οὐδὲ σὲ τὸ πάντα χρεὸν ταῦτα αὐτὶς λαβεῖται.

"τοῦ ιπποτοῦ
 Μερίδης Basf.
 † θεοδοτοῦ
 Theod.
 "τοῦ ιπποτοῦ
 Μερίδης Basf.
 † θεοδοτοῦ
 Theod.

Παραφύτειον οὐδὲ τὸ φύλακα μετάλλα παρέκειται τὸν κυαμίνων. οὐδὲ τὸ μετάλλη πίλη θεταλλῆ, τὸν αὐτὸν ἔχοντα καυλὸν τὸ τοῦ κυαμίνων. συντετραφεστον οὐδὲ τὸν κυαμίνων, φωτεῖον οὐδὲ τὸ πικρόν, συντετραμμένον, οὐδὲ γάνται οὐδὲ πίλη. Theodorus. Folia ad singulas fabas amplexa exent. Fabam quanque conterenti amarum illud, ex quo pilula fit, inflexum patescit. Sic habes nostrum codicem, sanè mutilum. Errores autem hi. Non amplectuntur fabas folia, neque id significat ωδηφίσται, neque Latinè dicas, amplexa ad fabas. Et omisit, μετάλλα. Et lego, μικρογ., non πικρόν. Est autem Latinè, hilum, quo adhaescunt, ita stipata, ut sua frequentia pilam efficiant. Est autem συντετραμμένον, cum fabae eximuntur. Et attendes aquivocationem. Nanque totum καόδιον, sive caput illud favaceum, appellat κυαμόν. Cum tamen intus κυαμόν dicat multam. Paret id ubi inquit: agnasci propè fabas singulas folia magna. Neque enim iis fabis, quae in favo sunt, agnasci queunt magna singulis folia: quippe ad tricenas narrat. Plimus preterea negligenter hanc diligentiam.

Καὶ Διεφύσις. Theodorus addit, οὐ. incorrupta maneat.

Αλλ' τὸν σπέρματον αἱ χάρα. Theodorus, sed tractus ipsi non plenē conficiunt. Sanè ea verba nunquam intellexissem. Simplicissime sic. Verum illis in locis non maturescunt. Nam, conficiunt, verbum est, εἰσι significati, εἰ contrariorum. Et, quid est hic, tractus? Præterea τὸ αἱ, articulus est, illi: non autem, ipsi.

Ἐν λιμνῃ τη μετεισ τὸ μετέδη. Theodorus, magnitudinis mediocritatē non attribuit lacui, sed plantæ. Quodam, inquit, in lacu exit, magnitudine mediocri. Observato verba, πίται, τελεοῖ, τελεοκρεπτοῖ, πίται, significat præviam αἱστον. motum ad perfectionem. Quare Theodorus mal-

rant fructum, & siccantes, pinsentesque panem faciunt, eoque cibo utuntur. Radix loti corsium appellata, rotunda est, cotoræi mali amplitudine, cortice nigro, quali nux castanea tegitur: corpus internum candidum. † Elixum, assumque in specimen albuminis vertitur, gratum cibis. Manditum etiam crudum, sed gratius decoctum, † seu aqua, seu pruna. Quæ non nisi in aquis competriri queant, tot fere explorata habentur. Locus assumptus autem arenosis, haud procul à fluvio nascitur terrenum, quod malinathallam appellant. figura rotundum, magnitudine mespili, sine nucleo, sine cortice. Folia † ut gladiolus emittit. Hæc incolæ legentes in † bruto ordeaceo decoquunt, quæ dulcia admodum efficiuntur, hisque pro bellariis † bryto. utuntur. Omnia nascentia inibi bobus, pecori que cibo idonea sunt. Sed inter omnia genus quoddam præstantius stagnis, paludibusque exortatur, quod & viride pascit, & siccatum bobus hymenæ prebetur, cum labrant, exque eo corpora etiam. Internascens, † quod cum syncerum à frumento se creverint, leviter pinsentes, hymene, solo humectante ferunt: editum metunt, & siccant, atque bene habita ita bobus, equis, jumentisque, id quoque cum fructu subnascente, pabulo præbent. Fructus magnitudine sesamæ, rotundus, colore viridis, † bo capiunt etiam. etrum alium. vacua in Ægypto notari possunt.

t quod excretum à frumento purgato, ac decorticato. † mirum in modum utilis. Hæc ferè insignia in.

percoquitur. Neque enim quod coquitur, percoquitur. Hæc enim additio præpositionis: quemadmodum in libris de causis dictum est, tanta est efficacia, ut præteriti temporis significatum tantum admittat. Etenim rem factam significat. Peregit reum, dicam: per ago, non dicam; neque, per pollio, sed, per polpoli: cum jam amplius dolabre operam non desiderat. Pauci enim perfectè scunt loqui. Tamen ad incrementi finem dicit. πλεονακρηπτοῦ, ad summam fructus perfectionem. Theodorus malè, in plenum fructificat. Fructificavit enim etiam ex arbore, quæ non perficit.

Καὶ οἱ πίται τὸν κυαμόν. Theodorus. Fructus. malè. sed, folia. Nam de fructu ibidem. ιπποτεῖον οὐδὲ σόσιμον οἱ λαβεῖται.

Οὐλίσση συμμίη. Rara, εἰ audax, εἰ fine proportione translatio.

Συχνὸν οὐδὲ ιπποτεῖον εἶναι τὸ ηδον. Theodorus, ut planè ab aqua absit alte. Dic tu, multoique conspici ab aqua extantes.

Ἄρχειον οὐδὲ τὸς ηδατοι αὐτὸν αἱμή. Theodorus legit, οὐδὲ σύμπαν τὸ ηδατοι, elixa, αἱμίν, alfa. Hermolaus notavit, ηδωδης malè esse versum à Theodoro, pro albumine.

Ἐν οὐδὲ τὸν αἱματίστησι κυαμίνοις. Si non separare caput: admettes secundum proportionem eorum, quæ tractavimus supra. Quia quadam alga alluebatur tantum mari: non in aqua radices agebat. Sic haec sunt, ωδηφοτάμια.

Ἐν βεντῷ. Theodorus usitata voce vetere vertit: nec mutavit. Ρεονūm fuisse potum ex hordeo scripsit Atheneus ex priscis. Sicut ωδηφίλοι ex Milio. Idem βρύτα apud Athenienses τὸ σέμφυλον.

Περιχονται καὶ χειμῶνα τοῦ βουνοῦ, οὗτοι ιππάστοι. Καὶ τὸ σύμπαν τὸ ηδατοι οὐδὲ τὸν λαβεῖται οὐδὲ. Theodorus omisit ea omnia. Cum laborant, exque eo corpora bene habita efficiuntur, tametsi nullum alium capiunt cibum.

Ἐν οὐδὲ τὸν καθεδεῖς Theodorus, quod cum sincerum à frumento se creverint. Male attribuit excrementis sinceratatem. Sic potius, excretum à frumento purgato, ιπποτεῖον. Theodorus legit, ιπποτεῖον, leviter pin-gentes. At enimvero pistum neutram nasceretur, sed, leviter torrentes.

Ἐν αἰγύπτῳ οὐδὲ οὐδὲ τὸ πάντα. Theodorus legit, τὸ ηδωδης εἰ fatalis infelicitate, supervacua, transversa. Nam ex illis porro conficiunt panes: non solum naves, εἰ alia. Non igitur supervacua intelligas.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Onus κύαμος, &c. Athenæus statim in initio libri tertii. Θεοφραστος ἐν τῷ τέλει φυτῶν σύντονος φύσει. οὐ κύαμος εἰς Αἰγύπτῳ φύεται, τὸν δὲ λίπαντα, Theophrastus in opere de plantis ita scribit, in Ægypti lacubus & stagnantibus aquis faba nascitur. Plinius lib. 21. cap. 15. in Ægypto nobilissima est colocasia, quam cyamon aliqui vocant. Colocasia vocem paulo infra, ubi de radice sermo erit, examinabo. Athenæus & Plinius legisse videntur, οὐδὲ κύαμος εἰς Αἰγύπτῳ φύεται. Vulgata tamen lectio placet; quod de Ægypti plantis agat Theophrastus. Verba illa, in Αἰγύπτῳ, subintelliguntur, ne superflua forent. Dioscorides lib. 2. cap. 128. κύαμος, sive fabam hanc Ποντικόν vocari scribit. Addit & in Asia, & Cilicia palustribus locis reperiuntur. Οὐ δὲ Αἰγύπτῳ Κύαμος, δὲ Εὐρωπῇ κύλιον, τολεμεῖον μὲν γίνεται in Αἰγύπτῳ, & in Ασίᾳ δὲ, & in Καππαδοκίᾳ τοῖς λίπαντα διεσπέντε. Ægyptia faba, quam nonnulli Ponticam vocant, in Ægypto quidem magna copia provenit, sed & in Asia quoque & Cilicia palustribus locis invenitur. Κύαμος nomen accepit, quod fabæ Græcæ figuram, fructus imitaretur. Strabo lib. 17. Καὶ καρπὸν οὐσιον τὸ περιφέρειν κύαμον, μεγάλου μέρους τοῦ θεραπεύοντος. Et fructum fabæ nostræ persimilem, magnitudine solum, & gustu differentem. Dixi fabæ Græcæ, quod Græcorum faba, & vulgata admodum dissimiles sint. Vide lib. 7. cap. de faba. Ægyptia dicebatur, quod in Ægypto frequens reperiatur. Sed non in sola Ægypto, aliis enim in terris reperiuntur, auctor Dioscorides, Asia, Cilicia. Nos illa ex India Orientali, que sub Batavorum potestate, accepimus. Avisenæ cap. 455. lib. 2. lupinum fabam Ægyptiacam esse dicit. Vulgaris Lupinus non potest dici Ægyptia faba. Similior est vulgata fabæ lupinus, quam Græcæ. Interpretis fortè erratum.

Kαυλὸς οὐδὲ αἴγατης, &c. Athenæus loco citato, καυλὸς οὐδὲ αἴγατης μὲν οὐ πάντοτε εἰς ποταμοὺς πήκης, πάκης οὐδὲ δαχτυλίδιον, οὐδὲ πελάμης μητρὸν αἴγατην. Caulis ejus, qui longissimus, quaterna cubita perficit, crassitudo digitalis est, similis calamo longo non geniculato. Pro μηλανῷ legit μηλανόν. Vulgata Theophrasti lectio Plinii auctoritate fulcitur. Hic libr. 18. cap. 22. Longitudo scapo quatuor cubitorum est, amplissima crassitudo, nec genicula habet molli calamo simile caput papaveri. Hæc corruptissima esse, vel cocles videat. Antiquus codex, Longitudo scapo quatuor cubitorum est, est amplissima crassitudo. Octona genicula habet. molli calamo simile caput papaveri. Sed & hæc validè contaminata, vel cæcus judicabit, modo linguam intelligat Latinam. Illud constat, Plinium μηλανῷ legisse; In omnibus enim legitur codicibus, molli calamo. Illud, octava genicula habet, valde ineptū. Theophrastus, & ex eo Athenæus, καυλὸν μηλανόν, calamo non geniculato, scribunt. Idem caule digitali crassitudine describunt; quod confirmat Dioscorides, καυλὸν οὐ πηκανίον. Σοὶ δὲ διάλογος τὸ πάκης caule cubitalē digitī crassitudine. Ergo, octavo genicula, valde corruptum. Corrigit Turnebus; longitudo scapo quatuor cubitorum est, amplissima crassitudo digitī, in (puto mendum esse Typographi), scriptis Turnebus, nō) genicula abessent molli calamo similis, caput papaveri, &c. Scribe ac interpunge; Longitudo scapo quatuor est cubitorum amplissima, crassitudo digitī; nō genicula abessent, molli calamo similis, caput papaveri, &c. Non ait Theophrastus, amplissimam crassitudinem esse digitī, ut corrigunt, sed caulis maximī longitudinem perficere quaterna cubita. πάκης μὲν οὐ πακεταῖος εἰς ποταμοὺς μητρὰς. Vocem, amplissimam, ad crassitudinem magis pertinere, quod amplum rectius de crassitudine dicatur, quam de longitudine, notum est; sed nihil impedit, amplissimam dicamus longitudinem, id est maximam. Hoc si non placet, erravit Plinius, qui vocem μηλανῆς vertit amplissimam, & crassitudinem adscriptis. Strabo, qui se perlustrasse scribit Ægyptum, caulem fabæ hujus decem inquit pedum. Χίλιοι οἱ ποταμοὶ πάκης δέσμοι δέσμοι. Horum virga altitudine ferè aequales, decē pedes altæ sunt. Supra diximus, cubitos esse majores vel minores: majores duos habere pedes; minores esse sesquipedes. Si majores capias cubitos, altitudine erit scapus fabæ Ægyptiæ quinque cubitorum: si minores intelligas, sex cubitos superabit: erit etenim sex cubitorum & pedis unius longitudine. Ergo maxima longitudine quatuor excedit cubitos.

Dιεθορος οὐδὲ, &c. Magnus Scaliger Theodorum Αἰγύπτου legisse scribit. Vertit enim, rimas intrinsecus habet, tendentes per totum. Si peccavit Theodorus, erravit & Athenæi interpres, summiq[ue] alii, qui τοὺς Αἰγύπτους vertunt, rimas. Capite de ebeno exposuimus, Αἰγύπτους λόγια;

τζες, candidas habet venas, lineas, segmenta intervalla, pectines, pectinum modo venas & divisiones. Αἰγύπτος quandoque, rimam vel fissuram significare, negari non potest. Dioscorides libr. 4. cap. 84. Αἰγύπτου μελοντζες δέ πελάμης, lyblus fissuram, divisionem, rimam habet medium. Sed eo loco forte, Αἰγύπτον, legendum. Nam antiquissimi codices Αἰγύπτου habent. Αἰγύπτου hoc loco interpretor, fibras quasi dissepimenta intus habet, per totum tendentes. Propter has Αἰγύπτους, quæ velutifibræ ac fila, totam interiorē occupant substantiam, caulis in mandendo arenosus & lanosus est; ideoque morsa trahendus fuit, quod lane instar sequacis esset. Ad illud respexit Martialis sublemmate colocasiæ.

Niliacum ridebis olus, lanaque sequaces,
Improba cum morsu fila manuque trahes.

Sed hi versus de aro videntur Ægyptio intelligendi. Arum hoc colocasia dictum. Vide quæ infra dicuntur. Plinius lib. 21. cap. 15. Hanc εἰς Nilo metunt, καύλη cum coctus est, araneoso, in mandendo, Thyrso autem, &c. Araneoso, id est, fibris, filisque nervoso. Ob hanc causam radicem præferabant antiqui, quod minime lanosa, fibrosa, fibrosa, araneosa foret. Eadem Claudi Iulii sententia, cuius verba infra citantur. Uterque confundit ari Ægyptii & fabæ historiam.

Οὐδεὶς τοὺς κηρύξεις, &c. Sic in vulgatis habetur Athenæi codicibus, nisi quod pro οὐδεὶς, οὐδεὶς, parvo legatur discrimine. In Aldino & Bafileeni codice, οὐδεὶς habetur; quomodo antiqui Athenæi legit interpres. Lili caulem fibrosum ac filosum esse, nemo facile negabit.

Ἐπὶ τὸν τοῦ καυλίδος. Καυλίδα caput papaveris. A papaverini capitis similitudine, caput fabæ Ægyptiæ in quo semē continetur, καυλίδη, vel, quod magis arridet, καυλίδη dicitur. Plinius lib. 13. c. 17. ubi Theophrasti hæc verba de loto Ægyptia, Επιφέρεις οὐδεὶς οὐλής τὸ θυματον, exponēs, vertit caput papaveri, his verbis; Cui fructus in capite papaveri similis. Idem libr. 18. cap. 12. Simile caput papaveri. Hesychius, Καυλίδα τὸ μηλανόν (vulgo μηλανός) καφαλή Καυλίδης. καφαλή καυλίδης σώματος. Caput sine corpore. Caput fabæ Ægyptiæ Theophrastus simile facit σφανίον. τεσπατίον cellulis, παρεγοια σφανίον. Falluntur, qui ipsum fructum à Theophrasto σφανίον vocari arbitrantur. Dioscorides φυγον, id est, urticulum vocat, quod utriculo sive succulo sit similis. Nicander in Georgicis, ut apud Athenæum libr. 3. legitur, μηλεῖον vocat, quo faba continetur. Versus Nicandri, ut ab Athenæo citantur,

Σπειρεῖς κύαμος Αἰγύπτιον οὐφερεῖς,
Αἰγατης μὴ σεφάνους ανύγε. τὸ δὲ πεπτητήτηα,
Ακραίου παρτοῦ μετέχεια δαινυμέροισιν,
Ἐς χέεσσιν ηγέοισι πέλαις πεθέουσιν οὐσέγης.
Πίζας δὲ τὸ δούνησιν αὐφύγησες τεσπιητημι.

Ægyptiam tu fabam serito, ut post metas,
E floribus coronam texas. delapso
Mature fructu, ciboria pransuris
Pueris, & jam pridem cibientibus in manum des.
Ego quidem radicem elixam in epulis promo.

Κεσέαν vocatur à similitudine poculi, ea forma appellati, quod ab ambitu latiore sensim decresceret usque ad inum pediculum, ut pulchre pictura fabæ, quam Iustus Heurnius ex India misit, ostendit. Nisi, placeat, ipsum potius poculum à vasculo fabæ Ægyptiæ quo semen sive fructus continetur, nomen ciborii accepisse. Athenæus, lib. 11. Διδυμος δὲ φυτον πεπτητητηα εἶναι, τὸ πάκηα δὲ εἰν τὸ πεπτητηα τὸ πάκηα τὸ πεπτητηα εἰς τὸ πάκηα τὸ πεπτητηα. Διδυμος ait, poculi genus esse, quod fortissim vocatur scyphium, ita nominatum quod inferne Ægypti ciborii modo in augustinum contrahatur. Certe & ipsum ciborium, sive vasculum, in quo fructus fabæ continetur, granis excusis & membraceis dissepimentis ejectis, poculi ulum & vicem præbet; Et hoc voluit Nicander, cum in versibus jam citatis, flores in corollis usum habere refert, ac τὰ κείμενα in manus adolescentum tradi, ut pocula inde fiant; quando scilicet fructus maturus inde extractus fuerit, aut deciderit; radicem autem in mensa coctam adponi. Κεσέαν propriè ut dixi, vasculum, sacculus, calix, quo semen continetur. Nam κείμενα apud Αἰολος, per vel facoulus; unde & κείμενα pro eodem cæteris Græcis. Inde

Inde κεντητική arca, qua aliquid includitur. Aliud Etymon tradit Dioscorides, ac fabam ipsam videtur vocare, κεντητική & κεντητος, quod luto, velut arcula, condita seri solebat. "Οὐδὲ πανθῆσαι φίρει φυσικά τὸ δέκατον θυλακονος, τὸ καὶ κεντητικόν μικροῦ, ἵππος εἰν τὸ πόμπην τὸ περφόλυκην. καλέται δὲ καὶ κεντητικόν τὸ κεντητον, διότι τὸ τέλον φυτέων τὸ κύαμον γένεσιν αὐτῷ συγχέουν τὸ κεντητον, οὕτω τὸ εἴς τὸ ὑδατον αὐτοφύδρου. Ατε ubi defloruit utriculos gerit, folliculis similes, in quibus faba paulum supra operculum instar bullae proininet: ciborium aut ciborum adeo nominatur, quasi loculamentum, quod seratur e-jusmodi faba, ipsa bumenti globe indita, atque ita in aquam dimissa. Sed pro, αὐτος, legendum videtur, ιντος, in ipso, scilicet vasculo ciborio. alioquin frigidissima originatio. Κέντητον five κεντητον, ut dixi, vasculi five poculi genus est. In qua significatione usus est Horatius lib. 2. carm. od. 7.

Oblivioso levia Massico
Ciboria explere.

Ipsi quoque fabæ κεντητον nomen tribuit Gal. libr. de Theriacad Pamphilianum. Διδοται δὲ ἐπὶ τούτων Διός γλυκεῖον, ἢ μελικεῖον απειρφυδρον δικτύμενον, ἢ τηγανεῖον, κύαμον Αἰγυπτίον τὸ μέντον θρόνον. οὐ πικχελίδονος καὶ κεντητον καλοῦσι. Scribe, ὅ πικχελίδονος κεντητον κεντητον καλοῦσι. Datur his ex passo, aut aqua multa, in qua dictumnum, aut ruta incocta sit, fabæ Αἴγυπτιε magnitudine, quam quidam vernacula lingua ciborum vel ciborium appellant. Dioscorides hic, κεντητον, & κεντητον, ipsam fabam vocari scribit. Κην qui scribat appellari, nondum repperi. Etius Dioscoridem & Galenum sequitur, ac ipsam fabam five fructum κεντητον vocat. τὸν καρπὸν τὸν Αἰγυπτίον κύαμον καλοῦσι κεντητον; Fructum Αἴγυπτιæ fabæ vocant ciborium. Κύαμον ipsam plantam, quod etiam alii fecerunt. Magis placet eorum sententia, qui ipsum vasculum ciborum vocant, & à similitudine poculi nomen impositum esse scribunt. Diphilus apud Athenæum, διὰ δικτύων καὶ μέντρων καὶ κεντητον καλοῦσι. Fabe que in ciborio nascentur, recentes sunt difficilis concoctionis. Claudius Iulus, κεντητον, vocare videatur ipsum caulem, & quicquid ex radice surgit, & supereminet aquis, Καλογρέαν τὸν κεντητον μέντον, τὸ δὲ κεντητον φυτόν κεντητον οὔτιν idem (scribo ιδεῖα) μέντομον τὸν φλοίον παριχον Αἰγυπτίον. Colocasiam vocant radicem, quod supernatur ciborum edules præbens Αἴγυπτis venas ac filia. Dixi legendum, ιδεῖα ὄψιν, jucundum spectaculum. Hoc explicat Strabo. Libro 17. οἱ οὐδὲ κνασμῶν ιδεῖαν ὄψιν παρέχουσι τοῖς τέρψιν τοῖς εὐωχῖαις (scriptū σύναυχεῖσ) βουλούμενοι. Σωτῆσον τετραδέκανον σταύρων ιδεῖαν (scriptū σύνθετην δι' εἰς) εἰς τὸ πόνημα τὸν κνασμὸν. καὶ συχιταζόμενοι τοὺς φύλακας. Fabeta jucundum quandam aspectum ac delectationem præbent convivia agitantibus; id faciunt in scaphis thalamiferis, densissima fabeta subeuntes, & eorum foliis obumbrati. Ήδεῖα ergo ὄψιν, quod per Nilū navigantes in Thalmegis & in denissima fabeta insinuati, foliisq; eorum in umbra tji cunctissime epularentur. Alii ipsam fabæ plantam κεντητον vocant. Dioſc. lib. 3. cap. 148. de nymphæ. φύλακας δὲ τὴν διαστασιν κεντητον, folia habet similia ciborio, sed minora. Diodorus lib. I. τὸν καλούμενον κεντητον δευτυλαστὸν παρέχει. φίρει τὸν καλούμενον Αἰγυπτίον κύαμον. τὸν ciborum bic uberrimum, unde Αἴγυπτiæ faba. Vulgata & recepta sententia est, τὸ κεντητον plantam vocari à Diodoro, ut sit sententia, ciborium, id est, planta ipsa fert fabam; id est semen ipsum, five granum. Sed nihil obstat, quo minus dicamus τὸ κεντητον, apud Diodorum esse vasculum, quo fructus continetur; quod de loco citato Dioscoridis dici non potest.

Παρθενεῖα σφριξ. Eodem modo vasculum cum fructu suo describit Dioscorides, οὐδὲ πανθῆσαι φίρει φυσικά τὸ δέκατον θυλακονος, τὸ οὐσιανος μικροῦ ἵππος εἰν περφύλυκην. At ubi defloruit, utriculos gerit, folliculis similes, in quibus faba paululum supra operculum instar bullæ prominet. Videl lector, me ἀτί μικροῦ, μικροῦ, adverbium reponere. Nam faba hæc, si cum vulgari Græca comparatur, magna potius quam parva dici debet. Satisclare Strabo majorem Græca ait. καὶ κεντητον οὐκον τοις μέντροις μέντροις Εργαστα. Εὶς τὸν κεντητον, & fructum fabæ nostræ persimilem (id est, Græca) magnitudine solum & gusto differentem. Præterea ipse Theophrastus, μικροῦ ἵππος εἰν περφύλυκην, οὐτὶ ποτὲ οὐσιανος μικροῦ ἵππος εἰν περφύλυκην. Venter, aut crassum intestinum. Inde diminutivū, φύσιον. Herodotus fructum ipsamque plantam his verbis describit, libr. 2. οὐδὲ καὶ αὐτὰ ποδιαὶ εἰν ιμφίτεια, οὐτὶ ποτὲ οὐσιανος μικροῦ ἵππος εἰν περφύλυκην. Idem, οὐδὲ Αἰγυπτίον κύαμος οὐδὲ τὸ κεντητον. Hesychius

κέλυψι τὸ διαφυομένη οὐ τὸν φίλης γένεται καὶ τὸ σφριξ. εἰς πότῳ τερακτή οὐτὸν τε ποτελινοῦ ιδεῖαν τοποθετεῖ δὲ απολότητον τὸν αὐτὸν. Sunt & alia lilia rosis similia, & ipsa in flumine nascentia: Quorum fructus in alio calyce adnascente ē radice, simillimus specie est favo vesparum. In eo esculenta quedam in star nuclei olivæ coagmentata innascuntur, quæ & tenera comeduntur & arefacta. Ipsa plantæ liliū nomen tribuit, quod in multis loto, quanta κερινον lilyum vocat, similis sit. Caule, floris forma, & constitutione. Nam rosis colore rubenti similis est: illud in quo fructus continetur lotos simile. Theophrastus enim utriusq; καρδια simile, ait; sed fructus qui intus continetur diversus, uti & radix. Fructum contineri à radice adnascente, inquit Herodotus, ac specie simillima vesparum favis. Fructus Herodoti seculo, nomē aliquod proprium non videtur habuisse; saltem fabæ nomen obtinuisse, non fit verisimile. Optimè comparat ubi olivæ nucleo. Vide utriusque iconem & judicium fer. Nec recedit ab eo Theophrastus, cum fabæ similem ait. Græcorum faba rotunda, non plana, uti nostra, five vulgaris. Vide caput de faba. Quod Herodotus & fabam Αἴγυπτιam, & lotum κερινον nomine descriptis, errandi occasionem p̄rebut Athenæo, qui utrumque confundit, ac eandem facit plantam libr. 3. & lib. 15. Γίγηται δὲ οὐτας εἰς τὸν κένωμαν καὶ αὐτὸν σεφαστηκεν. καλοῦσι δὲ Αἰγυπτίον μὲν αὐτὸν λατόν. Naucratitæ δὲ οἱ Εμοὶ, λαζαὶ οὐτὸν τὸ Αἴγυπτον, μελιλάθον αὐτὸν σεδωσι, πάντα δὲ οὐδέποτε κανουσον τὸν φυλακοῦσθαι. Ex ciboriis flos emicat coronis aptus, inquit, quem Αἴγυπτiον λοτον vocant. Naucratitæ vero mei cives, inquit Atheneus, meliloton, à quo dicuntur melilotine corona, odoris suavissimæ & magnis æstibus valde refrigerantis. Hæc sunt ablarda. Nemo loton vocari unquam dixit, florem qui ex ciboriis emicat. Utrum lotus Αἴγυπτiον melilotus dicta, aliis judicandum relinquo. Certe non facile quis probaverit utrum sic vocarint lotum Naucratitæ. Nullum epitomes auctor commisit peccatum. Ipsius Athenæi error est. Quod ex lib. 15. probatur, ubi ait, Ολδα πόλις σὲ τῇ καλῇ πατέτη πόλει καλούμενον σεφαστηκεν. Αγνόεσσον μετέρρητον εἰς τὸν αὐτόν οὐτονούσιον λατόν. φύτεα δὲ οὐτὸν τὸ λίραντον θέρεον αἱρετοῦσι, καὶ οὐτὸν τὸν κεντητον δέον, οὐδὲ τὸν λατόν οὐτονούσιον λατόν τοις φύλακας. Αγνόεσσον καλοῦσι, οὐδὲ τὸν λατόν τοις φύλακας. Scio in ea pulchra (Alexandria) civitate coronam quandam textam ē loto ibi nascente vocari Antinoiam. In paludibus lotus gignitur æstatis tempore. Floris duplex color: alter similis roseæ, ex hoc nocturnur corona, quas propriæ vocante Antinoias: alterius cyaneus color est, E quo lotina fit corona. Cur Antinoia corona vocata sit, hic non referam: puta ab Antinoo Adriani puero delicatulo nomen impositum, cuius historiam refert Athenæus. Alia majoris momenti examinanda sunt. Fabulosum est quod scribit in paludibus lotum nasci. Theophrastus in campestribus provenire tradit, quod Nilo fluamine quotannis inundante cooperiuntur. Idem Dioscorides. Habet hæc Athenæus ex Herodoto malè intellecto. De hac loto paulo infra plura. Loti duo genera tradit, coloribus inter se discreta, roseum unum, cæruleum alterum. Herodotus duo genera liliū ēsse tradit, alterum roseo, alterum albo colore. Certe omnes lorum Αἴγυπτiον candido colore scribunt. Vide Theophrastum, vide Dioscoridem. Non sit dubium, quin scriperit Athenæus καρδια, niveo, albo colore. De hac loto infra. Lotus roseo flore Athenæi, est faba Αἴγυπτiον. vide Herodotum, Theophrastum & Dioscoridem, Floris fabæ Αἴγυπτiον descriptionem mox examinabō.

Περιφερεῖ, &c. Rectè hanc addidit vocem. Nam vesparum favi angulares, & ut plurimum sexanguli. Hujus fabæ fructus rotundus, ac in eo a favo difert. Significanter ergo vox hæc addita.

Τὰ κυττάρων. Loculos capitis, in quibus fructus continetur, sic vocat. Favi cellulæ Aristotelii libr. 3. οὐδὲ ζύγων κυττάρων dicuntur. καὶ τοῖς τὸ κυττάρων κυττάραις; Forte scribendum, τοῖς κυττάραις. Sed nihil muto. οὐ κυττάρων, cavitas in favis. Hesychius, κυττάραι, οὐτας τοῖς τεκμάτοις τὸν κυττάρων ιφατος. Αχαέων, πητος οὐδὲ οὐφίτειας. ipsos favos ait vocari à nonnullis κυττάραις. Achæum vero sic vocare favorum loculamenta & cavitates. Ab harum similitudine fabarum loculi vocantur κυττάραι. Male legi in Aldino & Basileensi codice, κυττάρων, omnibus constare arbitror.

Κύαμον, &c. Ita vocatur planta, & fructus in loculis contentus, quod vel ex ipso capite Theophrasti patet, οὐδὲ κύαμον φύτεα, &c. Εὶς ἐκβάτην κυττάρων κύαμον. Dioscorides, οὐδὲ Αἰγυπτίον κύαμον, οὐδὲ Ποντικὸν κυττάρων τεκμάτοις ιφατος — τοῖς οὐσιανος μικροῦ κυττάραις, &c. Strabo ipsam plantam κύαμον vocat. Οὐδὲ κύαμος οὐδὲ ποτὲ μέτρον φύτεια. Idem, οὐδὲ Αἰγυπτίον κύαμος οὐδὲ τὸ κεντητον. Hesychius

Hesychius fructum ipsum κύανον vocat. κύανος, τὸ λευκενὸν Αἰγυπτίον κισσόν. Ipsa planta κύανον vocata, vel, quod fructum ferret Græcæ fabæ similem, vel, δῶδε τὸ κύανον, quod granis intus prægnans esset, vel quod facie prætumida viseretur. Falluntur qui κύανον loti vel fabæ Aegyptiæ vasculum existimant. Nemo unquam vasculum prætumidum, quod summa continet, κύανος dixit. Faba hæc in cibum recipiebatur, ut Diocorides scriptum reliquit, ac exsiccatam nigrum esse ait. 'Ο δὲ κύανος θεράποτη μὲν κλασθεῖς δὲ γίνεται μέλας, ἐπιμέλης δὲ Εὐδοκία. Faba ipsa quoque cum recens est comeditur, siccata nigrescit, majorque est Græca. Fructus, quem nos ab Huernio accepimus, fabas intus continent nigras, in cœruleum vergentes, & vulgari faba Græca majores & oblongiores. Vide verba Herodoti supra citata.

Mιχελῆς τοῦ σεπτεμβρίου αὐτοῦ. Aldinus codex & Basileensis, εἰτῆς. Scribe, οὐτανός, nempe κυανόν. E cellulis paululum eminere, ipsa docet autopsia, & fateri cogebuntur, qui ipsum viderunt fructum.

Πλάτων οὐτος, &c. Plinius libr. 18. cap. 12. Caput papaveri, colore roseo: in eo faba supra tricenas; Nemo non videt scribendum, supra triginta; τριάντα, Theophrastus.

Τὸ δὲ αὐτὸς, &c. Herodotus. Εἴ τοι δέ οὐτανός κύανη πόδιστιν μιφέρα, &c. Athenæus, εἰτῶν αὐτῷ χρονίᾳ δέος, οὐδὲ τὸ πόδιον ξενία. Vide quæ supra dixi. Diocorides, οὐτος δὲ ποδοχειον, διπλανον μέλανον, florem roseum dupla papaverini floris amplitudine. Hunc florem inter coronarios recenset Nicander.

*Σπείρεται κύανον Αἰγυπτίον, οὐφερα θερέτης,
Ανθεα μάλιστα φάνους ανύνετος.*

*Ægyptiam tu fabam serito, ut post metas,
E floribus coronam texas.*

Antinoiam coronam ex hac fieri supra diximus. De Antinoia corona hæc Athenæus libr. 1. Καὶ Πανεργεῖτος τὸν ιππικονούν Ποιητοῦ δὲ κύανον ἔγνωσθε. Αδριανὸς τὸν αὐτοχρήστον ἐπιδιηγούσαν τὴν Ἀλεξανδρεῖαν, μὲν πολλῆς περιστασίας ἐπιδιηγεῖ τὸν ποδοχειόντα λατέα, φιασκον αὐτὸν δέοντα καλέστην Ἀρμάνον, ἀναπτυφθέντα τὸν τῆς γῆς, ὅτε τὸ πέραν τὸ δέοντα τὸ Μαυροχρυσόν λέοντον, δὲ οὐδὲ τὸν πλησίον τὴν Ἀλεξανδρεῖαν Διονύσιον καταβιβλήκει οὐδὲν Αδριανός, μέχρι τοῦτο δέοντα καλέστην τὸν πολλὰ πολικήτα επεπονηκεισθεντὸν οὐτος οὐδὲν. Ηδεῖς οὖδε επὶ τῇ τῆς ινολας εὔστοι κατεύθυνται. τὸν οὐ μονῶν αὐτῷ στροφεῖς ιχθεῖς ιχθεῖστον. Pancrates quispiam indigena Poëta, nobis etiam cognitus, Adriano Imperatori, cum esset Alexandria, velut ostentum ἕνεκεν ac miraculum, spectandum præbuit lotum roseum, & Antinoum vocandum esse dixit, illumque terra procreatū, perfusa cruce Mauri Leonis, quem in Libya Alexandria finitima, dum venaretur, Adrianus prostraverat, bellum ingentem, que diu Libyam ita vastaverat, ut ejus magna pars esset deferra. Delectatus Imperator hominis inventione, quam novam excogitarat, annonam ex musarum reditibus ei largitus est. Ad postrema, de musarum reditibus, Dalcampius, quos vel civitas, vel Imperator, musarum cultoribus, & humanioris litteraturæ professoribus assignabat. τὸν οὐ μονῶν στροφεῖς, fortassis, οὐ μονοῖον. Nam quod ait Philostratus, μονῶν λόγος περὶ Αἰγυπτίου οὐγένειον τὸν τὴν γῆν ιδοὺς ιερού, Museion erat Αἴγυπτια μέση, qua excepiebantur viri toto terrarum orbe elegantes, præclaris & eloquentes, verba digna sunt quæ considerentur. Ηδεῖς οὖδε ιχθεῖστο, nisi est mendū librariorū, figurate dixit, ινοις, σφροντὶ κατεύθυνται, pro, ινοις σφροντὶ οὐτοις οὐτοις, ut, patera libamus & auro. Omnino άρνητον οὐ μονῶν, legendū, οὐ μονοῖον. sed nōm̄ non hic significat οὐτοις, juventus; nec eo dictum est, quod juvenis esset Poeta: sed ea significatione vocem nōm̄ posuit, qua Latini novitatem; quod optimè animadvertis Interpres.

Παρρόφεται τὸ φύλακα μίσχαλα. Plinius lib. 18. cap. 12. folia ampla. Idem lib. 21. cap. 15. Thyrso autem, qui inter folia emicat spectabilis, foliis latissimis, etiam si arboreis comparantur, ad similitudinem eorum quæ personata in nostris annibus vocamus. Adeoque Nilis sui dotibus gaudent, ut implexis colocasiæ foliis, in variam speciem vasorum, potare gratissimum habeant. Seritur hæc jam in Italia. Thyrsum vocat, quem scaphum dixit in faba Aegyptiæ, cuius radix colocasia dicebatur. Duæ plantæ in Aegypto colocasiæ dictæ, quam arum nominamus Aegyptium, & fabam eodem cognomento. Utriusque hic historiam confundit Plinius. Colocasia, quæ faba Aegyptiæ, nunquam sata in Italia. De hac quæstione mox. Caulem hujus Thyrsum vocat, Theophrastus κύανον, Strabo πάσσον. Theophrastus παρρόφεται δὲ φύλακα μίσχαλα ποτόν τὸν κύανον. Verba Theophrasti quomodo verti debeant, mox dicam. Pesime hic, κύανον, grana fabæ vertunt; cùm caules deberent

dicere fabarum. Folia, inquit, amplissima, etiam si arboreis comparentur. Illud non est magnum miraculum, infinitæ sunt herbæ, quæ omnes folio arboreis, per paucis exceptis, superant: quod arboreis natura non dedit amplissima folia. Solent esse vel mediocria, vel parva & angusta, qualia maxima pars. Corrigunt, foliis latissimis, sed iam si arboreis comparentur. Latissima esse dicit folia colocasiæ; sed si arboreis comparentur: quamplurimæ enim sunt herbæ quarum foliis si conferantur folia colocasiæ, non possit dici ea habere latissima; utraque colocasia tam ampla habet folia, ut paucæ sint herbæ, quarum folia harum excedunt magnitudinem. Ari enim genus, quod colocasiæ nomen præfert, foliis est nemipharis longioribus, ari proximis, &c. Ita Prosper Alpinus, qui in natali solo vidit hanc colocasiæ. Si habet folia nymphæ longiora, magna sint oportet; per paucæ admodum herbæ foliorum magnitudine vincunt nemipharem: nec latissima folia tantum huic, si arboreis comparentur, sed etiam si herbaceis, immo respectu magnitudinis foliorum nemipharis, arboreæ folia quasi nulla habent, id est, plures arboreæ adeo exigua habent folia, ut comparari, quo ad magnitudinem, cum nymphæ foliis nequeant. Idem de faba Aegyptiæ dico, cujus & iconem & descriptionem ante non exhibit, mox exhibeo. Scribe. *Folia amplissima, etiam si herbaceis comparentur.* In herbaceorum genere, nymphæ folia ex latissimis esse nemo inficias ibit: ampliora non puto dari personatæ, si excepferis. Subiungit Plinius, *ad similitudinem eorum quæ personata in nostris annibus vocamus.* Hæc vel corruptissima, vel multis erroribus involuta. Romani, personatum, de herba non dicunt, sed personatam. Deinde de foliis tantum agit Plinius, quæ personati, vel personatæ nomen non habent. Insuper colocasiæ folia nymphæ comparat Dioscorides: arum etiam Aegyptium, quod colocasiæ vocari dixi, folia nemipharis fert similia, postremo personata in annibus non nascitur. Ne concitatio videat in Plinium, lego, *ad eorum similitudinem, quæ prælata in nostris annibus notamus.* Hujus lectionis vestigia quedam in antiquo nostro codice habentur: *Ad similitudinem eorum quæ persarta in nostris annibus vocamus.* Ex persarta, fecerunt, personatæ, ex codice Romano, in quo personatæ, cum prælata restituere deberent. Rectè autem, manibus, in annibus mutarunt. Dicit Plinius latissima folia colocasiæ, ad eorum similitudinem esse quæ prælata spectantur in annibus. Folia prælata quæ in annibus nascuntur, non alia sunt quam nymphæ. Doctiss. Salmasius scribit, *ad similitudinem eorum, quæ per se nata in nostris annibus notamus.* Vide quæ præfet lectio.

Πλάτων ητταλικῆς. Scribe πιλα ητταλικῆς, vel ητταλικῆς ιονικῆς. Πιλα enim apud ceteros Græcos auctores masculini est generis. Xenophon de Cyaxeloquens, εἶπεν τὸ δέορδον πιλανδῆνη πιλα στριψ, λόδης. vide caput de Malo Medica. Dioscorides πιλα comparat. ιχει δὲ φύλακος μίσχα δι πιλα, folium habet amplum instar Petasi, sive galeri. In antiquo codice πιλα habetur. quam lectionem sequitur Ruellius; nobis vulgata arridet, quod πιλα & πιλα eandem rem quandoque significant. Tam πιλα, quam πιλας, capitis integumentū, rotundum in modum galeæ factum significat: unde utraque vox, galerus exponitur. Qua πιλα forma fuerit, πιλας docet; qua πιλας, quasi πιλαδεις dicta est, quod petasi figuram referat folium. Πιλας & πιλα res non valde dissimiles, quod vel ex hoc ipso Theophrasti capite probatur, ubi eandem facere videtur. Loti enim folium fabæ Aegyptio folio comparat, ac πιλα vocat. Τούτου δὲ τὸ φύλακος φύσις οὐα τὴν Φραγάνην, οὐδὲ οὐ πιλα δι αποτελεσται. Fabæ hujus folia poculi vicem præstare, auctor est Strabo libr. 17. Εἰσὶ δὲ σφέδες μεγάλη δι (scriptū εἰσὶ) τὸν ποτησίον Ε τεντίλιας ζητοῦσι. ιχει γαρ πιλα Ε κυπλατηνα επιπλατηνα εποτε τοδε. οὐ δὲ η Αλεξανδρεῖα μέλη τούτων οὐδὲ πιλατηνα, οὐσιώντων ζητοῦσιν. οὐ δὲ γραπτα μίσχα τοια τοια αποδεινα οὐ λεπτών ιχει τοια δεπτα φύλακα, οὐ δὲ πιλα δι τοιούτο. Que (folia) adeo magna sunt, ut poculorum & catinorum usus præbeant (habent enim concavitatem quandam ad id idoneam) unde Alexandrinæ officinae iis plena sunt, & pro vasis utuntur. agri quoque ex hæ fabis reditum habent, ac faba quidem talis. Agrine ex foliis reditum habent? at in iis non provenit faba, sed in annibus & paludibus. Deinde ab agris redit ad supremum magistratum tributum: agri vero nullum accipiunt, sed patrono porrigitur. Scribe, εἰ δε αποτελεσται πιλα, id est Magistratus, inter cetera reditum genera, habet & tributum à faba Aegyptia. Plinius quoque ex foliis colocasiæ implexis Aegyptios vasa factitasse ad potandum, scribit libr. 21. cap. 15. Adeoque Nilis sui dotibus gaudent (Aegyptii) ut implexis colocasiæ foliis in variis species vasorum

Sorum potare gratissimum habeant. In eo à Strabone diffidet, quod Strabo sponte sua ac natura cavitatem quan-
dam habere tradit poculis ac vasis idoneam, qualem ha-
bent Nymphæ folia, quando non sunt in totum supra
aqua expansæ. Non raro enim oris per ambitū replica-
tis reperiuntur, nec tum male catinorum & scyphorum
figuram ostendunt. Non igitur, ut Plinius ait, iis implexis
opus, quæ natura concava, ita ut catini scyphique in-
star usum præbere possint.

*Tον αὐτὸν ἔχον ταῦτα καὶ τὸν καύματον, &c. Καυλὸς, hic idem
quod pediculus.* Vult folia fabæ eundem habere caulem
cum fabæ ipsius Thyrso; quod non prodeant ē caule cum
longis pediculis, ut in aliis solet, sed pressius adhærent,
& nullo pediculo enascuntur. Locum hunc negligenter
admodum interpretatur. Verte, *Flos duplo major quam
papaveris, saturati rosei coloris; caput extra aquam attollitur.* Ad singulos fabarum caules folia adnascuntur, magni-
tudine paria, Pileis Thessaliticis; quorum pediculus & caulis
qui caput profert idem.

*Σωτείψιον οὐτε ταῦτα, &c. In Aldino & Basileensi ha-
betur; σωτείψιον οὐτε ταῦτα τὸν καύματον φαντόποιον τὸ πικρόν
συνεγγένειον εἶ τοι θεός.* Vertunt, fabam quamque con-
tinent, amarum illud ex quo pilula fit, inflexum patescit.
Quid velint, nescio. Amari quid fabam habere, extra
controversiam est. Dioscorides, εἰς τὰ περὶ τῶν
τοῦ πικροῦ καύματος, πικρόν οὐτε τὸ πικρόν, λέανσιν παθεῖσιν
συνεγγένειον εἰς τὸ πικρόν. Cæterum, ad aurium dolores fa-
cit, quod in earum medio viride spectatur, gustu ama-
rum, si cum rosaceo coctum instilletur. Sed hæc nihil ad
præfens institutum. Nemo, quod sciām, amarū inflexum
esse dixit. Imaginari nequeo, quomodo sapor aliquis
dici possit inflexus, nec scio, quomodo ex eodem pilula
nasci possit. Corruptus ergo Theophrasti codex. Scri-
be, φαντόποιον τὸ πικρόν καὶ συνεγγένειον, &c. Verte, si vero
singulos fabarum caules contriveris, appareat quid parvum &
contortum intus, unde sit pilens sive per asper, id est, folium.
Docet, quod paulo ante dixi, folia fabæ Aegyptiæ eun-
dem habere caulem cum fabæ ipsius capite. Id probat.
hoc argumento; quod non prodeant ē caule cum longis
pediculis, ut in aliis solet fieri plantis, sed pressius ad-
hærent, & nullo nascuntur pediculo. Si quis autem sci-
re velit foliorum exortum, & ubi cauli adhærent, ipsum
caulem necesse esse terat, conspici intus poterit quid par-
vum & contortum, quod quasi ortus & rudimentum est
ipsius folii. ή τοι θεός, folium, quod Dioscorides πικρόν vo-
cat. Vide quæ supra dixi.

*Τὰ δὲ οὐτε ταῦτα καύματα, &c. Librarii cum ignorarent,
τὸ πικρόν folium esse, nec imaginari possint folium pilei
formam posse referre, vel τὸ πικρόν imaginarentur esse
pilulam, quæ figura folio non convenit; pro, εἰς τὸ φύλακον,
reposuerunt, εἰς τὸν καυπόν. cum de fructu non agat Theophrastus, sed de folio, quod pileo lato ac rotundo simile.
Cæterum, qui epitomen concinnavit Athenæi, quæ de
folio tradit Theophrastus negligenter omisit; ita habet.
Θεοφραστος οὐτε φύλακα μηδέλα. ητοι θεός.*

*Η οὐτε θεός. Radicem hanc Diolcorides, ιγλοκασίαν voca-
ri ait. ήτοι οὐτε ὅπει παχυτερός καλάσιον. βερβοκοτίνην εφέπτενται
σεμιναρχούσι τούτουν. Radix subiacet harundinis radice
crassior: quæ colla crudaque estur, & colocasia nominatur.
Diligenter attendendum ad ea quæ dicturi sumus. Duæ
plantæ colocasiæ nomine gaudent. Faba hæc Aegyptia,
& alia quædam, de qua mox agemus. Hæc cum ex an-
tiquioribus nonnulli nescirent, duas plantas confude-
runt. Ipsa planta, faba Aegyptia, raro vel nunquam vo-
cabatur ιγλοκασία, sed radix nomen illud habebat. Clau-
dius Iolaus, qui utramque colocasiæ confundit, apud
Stephanum in voce, "Αχι, ιγλοκασίαν τοι τηλούσι τὸ θεόν.
τὸ δὲ ψευτόφυκός ηγεώτερος". Hæc de nulla alia planta possunt
intelligi, quam Aegyptia faba. utrumque dixerunt veteres,
ιγλοκασία & ιγλοκότον. Dixi Claudium Iolaum con-
fundere utriusque colocasiæ historiam: verba hæc quæ,
subjiciuntur, de faba Aegyptia intelligi nequeunt, εἰς τὸ
πολυμόν, Εἰς τὸ πυρτερόν πάντα, ητοι οὐτε καυλὸς ητοι
διφιάδης τοῦ ποικίλων, Εἰς ταῦτα καθαλάτης, οπόσις αὖ τοῖς διπλαῖς, φύσι-
της αὖθις εἴρηται. invenit annem & fatidicam herbam, cuius
caulis & radix serpentum maculis similis conspicitur. capi-
ta quotiescumque amputaveris, de novo semper renascuntur
alia. Hæc, inquam, in faba Aegyptia non reperiuntur, sed
in dracunculo, de quo vide cap. 9. Hujus caulis versico-
lor est, unde serpentaria dicta; dracunculus arum dice-
batur. Confundit ergo, & miscet trium plantarum
historiam Iolaus; fabæ Aegyptiæ, ari Aegyptii vulgo vo-
cati, (quod colocasiæ dictum fuit, ut mox ostendam) &
dracunculi. de quo vide cap. 9. Confundit etiam Plinius
utramque colocasiæ lib. 21. cap. 15. In Aegypto, inquit,*

nobilissima etiā colocasia quam cyanton aliqui vocant. (Ra-
dicem fabæ colocasiæ vocabant, non ipsam plantam;
quod mitto.) Hanc in Nilo metunt. (hoc de Aegyptia
faba.) caule cum caulus est araneoso. Hæc quangam de
Aegyptiæ fabæ caule, ut supra ostendimus, dici possunt;
tamen verisimilius fit de aro Aegyptio dicto, Italæ jam
familiari, intelligi debere. Certè de eo intelligendus
versus Martialis supra citatus.

Niliacum ridebis olus lanasque sequaces,

Improba cum morsu fila manumque trahes.

Loquitur de colocasia Italæ jam familiari. Aegyptia
faba in Aegypti fluminibus, & paludibus nascitur, nec ad
Romanos delata sationis causa. Quod de latitudine folio-
rum ait, de utraque intelligi potest, sed poculum mentie-
bantur tantum Aegyptiæ fabæ. Pergit Plinius, Seritur
jan hæc in Italia. Hoc fabulosum est: altera tantum co-
locasia in Italia serebatur, quæ Aegyptiæ calcas dicitur.
De qua versus Virgillii intelligendus,

Mistaque ridenti colocasia fundit acantho.

Ubi notat Servius, herbam esse colocasiæ, quæ post
devictam ab Augusto Aegyptum innotuerit, & Poëtam
dicendo, fundit, abundantiam floris ostendisse. De hac
Palladius in Februario titulo 24. Hoc mense colocasiæ bul-
bos ponemus, amant humidum locum, pinguem, maxime ir-
riguum. Circa fontes latantur & rivos, nec de soli qualitate
curant: si perpetuo foveantur humore, frondere propè sem-
per possunt: si tanquam citreta tegumentis defendantur à
frigore. Media rursus terrenæ pars esse debet, ut colocasiæ
conseratur, aliisque familiaribus aquæ viridis, quæ ino-
pacant avium receptacula. Hæc de nulla alia, quam aro
Aegyptio, quæ calcas dicitur, intelligi possunt, quod tali
solo teste Alpino gaudeat. Hæc radicē habet bulbaceam,
cum fabæ Aegyptiæ, auctore Theophrasto, arundinacea
sint. Certè radix quæ hodie culcas dicitur, ab antiquo
nomine colocasia, bulbacea est, totaque facie divertit
ab Aegyptiæ fabæ radice, quæ quantum ex descriptione
Theophrasti colligere licet, nymphæ similis est. His
accedit, quod Plinius, ubi de colocasia agit, nec floris, nec
capitis, five calycis, in quo continuebatur fructus, aliquan-
tum supereminens operculi instar, mentionem faciat.
quod optimè congruit cum iis, quæ Alpinus lib. de plan-
tis Aegypti cap. 33. tradit. Ego ex innumeris illis viven-
tibus, a me sepe inspectis, nullum unquam florentem videre
(vide quæ infra dicuntur) aut cum aliquo fructu, vel ali-
quo caule, potui. Non dubium, quin Plinius partem de-
scriptionis colocasiæ habeat ex auctore qui hodie non
extat. Duæ ergo plantæ colocasiæ nomen audiunt. Sed
videtur veteres arum, Aegyptium vulgo dictū, non ιγλοκασία, sed ιγλοκότον vocasse. Ab Iolao & Aetio, ιγλοκά-
σιον vocatur. Aetius fabam vocat ιγλοκασία, & ejus virtutes
seorsim explicat. At ubi de colocasia tractat, non memi-
nit eam radicem esse ιγλοκασία, vel fabæ Aegyptiæ. Κο-
λοκασία, οὐδε τούτη τοῦ θεοῦ ιγλοκασία διάφορη
γείνεται, ηγεμονία (in editis βερβαῖσιν) γλιζερον οὐτε αὐτῆς τοῦ
σωμάτος οὐδὲ τοῦ πυρτεροῦ μεταξὺ διάφορων, ητοι δὲ οὐδεὶς οὐδεὶς. Co-
locasiæ radicis similis vis est rapis ac cepis, viscous autem
corpus ipsius est, unde extorsione facultatis participes est, &
ventri in cibo sumpta accommodat. Idem Attius colocasiæ
manzizanum vocari tradit. Κολοκασία, η μαζίζανος. Apud
Simeonem Sethi, μαζίζανος legitur. Τὸ λεγόμενον μαζίζανος
τερπόν ητοι θεός ητοι β. διπλαῖσιν. Diximus, colocasiæ
arum Aegyptium esse. Hoc describit Plinius libr. 19. ad
finem cap. quinti. Est inter genera bulborum & quod in
Aegypto aron vocant, scilla proximum amplitudine, foliis la-
pathi, caule recto, duum cubitorum, baculi crassitudine, ra-
dice mollioris naturæ, quæ edatur cruda. Radix calcas sive
colocasiæ, scilla nec magnitudine nec crassitudine, nec
amplitudine cedit; de ea loquor, quam describit Alpinus.
Foliis lapathi, latifoliis maximi, intellige, caule recto duum
cubitorum baculi crassitudine. Hoc unicum, inquit, ob-
stat, ne colocasiæ hodiernum posset esse Aegyptium.
Nam qui colocasiæ Aegypti describunt, caule habe-
re negant; quod fatemur, sed tandem recentioremaxime
prosperi Alpini, diligentia repertum, & caulem &
florem ferre. Vide descriptionem; sed duum cubitorum
baculi, non est crassitudine. In antiquo codice le-
gitur. Caule recto: duum cubitorum baculi crassitudine.
Magna hæc herbacei caulis crassitudo; paucæ arboreæ
duum cubitorum crassitudine; Quod cum doctissimi a-
nimadverterent, maluerunt scribere, caule recto duum cu-
bitorum, baculi crassitudine. Sed quæ baculi crassitudo?
Quis baculos non novit crassitudine admodum differre? Præ-
terea

Culcas cum flore;

Oblōga radix.
Rotunda radix.

Culcas vulgaris**fine flore.**

terea non est duum cubitorum longitudine caulis colocaliae, sed palmæ tantum unius. Corruptum puto codicem ac scribendum, *caule recto, dum digitorum baculi crassitudine*. Nec tamen eam crassitudinem caulis habet. Quocunque modo scriperit Plinius, ex foliorum magnitudine collegit, caulem tantæ magnitudinis & crassitudinis esse. Hoc arum, ut Plinius ait libr. 24. quidam dracontion esse dixerint. *Ægyptus* banc maximè gignit, quæ & arum, de qua inter bulbos diximus, magnæ cum dracontio litis. Quidam enim eandem esse dixerunt; *Glaucias* satu discrevit, dracontium sylvestrem esse pronunciavit; aliqui radicem arum appellaverunt, caulem vero dracontium. Inter eos qui arum cum dracontio confundunt, est Iolaus, ut supra ostendimus, & fortassis ipse Plinius; saltem auctor ille ex quo habet, caulem duorum esse cubitorum, crassitie baculi. Hæc pulchrè dracontio vel draconculo convenient. Hoc arum etiam à quibusdam vocabatur. Vide cap. de dracontio & aro. Malunt alii caulis nomine intelligi foliorum longissimos pediculos; sed tantam magnitudinem neutiquam habent. *Arum Ægyptium mollioris*, inquit Plinius, naturæ habet radicem, quæ edatur & cruda. Vulgare arum radicem habet valde acrem, ac ferventem. mitior hæc qualitas in *Ægyptio* aro. Ideoque Plinius mollior is inquit esse naturæ, adeo ut videatur ejusdem naturæ cum aro Cyrenaico Galeni. Vide cap. de aro. Arum illud *Ægyptium*, colocasæ esse vocatum restat ostendamus. Ita à Cyprus vocatum Auctuarii Auctor ostendit. ἐγένετο καὶ οὐδὲν τὸ Σύρις λεῦφος, οἱ μὲν ἀλιμονοὶ, οἱ δὲ Θύρεοι, οἱ δὲ δευτερίαι, οἱ Κύπελοι καὶ πολεούστοις γένετο. Hoc de nullo aro intelligi potest, quam de Aegyptio. Nomen colocasæ impositum, à foliis larissimis. Colocasia enim quasi καρδον, καρδι, καρον, καρον diminutivum à καρον, πολεούστοις ergo quasi μικρο καρον, vel καρο, quod idem est, significat καρον vel καροn tapes vel amphiates. Hesychius καρον, αμφιπόν καρο πλαστι. Arcad. Grammat. καρον τὸ πλαστο, καρον πλαστο. Idem, τὸ δὲ καρο πλαστο τὸ καρο πλαστο πλαστο τὸ σ. εἰς δὲ τὸ πλαστο πλαστον οὐ πλαστον. Hesychius, καρο πλαστο πλαστο πλαστον. Elegantissime ergo medii ævi Græci, arum *Aegyptium* culcas vulgo di-

ctum καλοκασιον, vocarunt, quod folia ejus sint πλαστον, id est parvorum tapetum, vel curtarum lacernarum, ab amplitudine scilicet. Quaterna aut quina habet folia, carnosæ, nymphæ foliorum modo, sed nervosa admodum, & pluribus venis five fibris eminentioribus, exteriore parte contexta, incavaque, amplissima, ut plerumque personatiæ folia superent, nunquam madentia, etiam si aquis immigantur; longis, crassis, firmisque pediculis subnixa. radice crassa, magna, duplice ut plurimum, & lagenulæ instar efformata (quales eruit Clusius ad monasterium pera longa) quæ aliis ad latera adnatæ se propagat, & fibris aliquot nititur. Recepta opinio, hanc esse fabam *Aegyptiam* quæ *Theophrastus* describit; & omnibus persuasum nunquam florere. Ignorarunt Botanici duas plantas colocasæ nomen habuisse. arum *Aegyptium*, quod proprie colocasum dicebatur, ex qua vox *Aegyptia* culcas, & Boëtica alcoleaz deducta, & faba *Aegypti*, cuius radix, teste *Dioscoride*, colocasia. Multa impediunt quo minus culcas sit faba *Aegyptia*. Radix nullam cum arundinis aut nymphæ radice similitudinem habet; flos, fructus, & caulis planè dissimiles. Atqui recepta jam opinio, non florere. Alpini auctoritatem supra adduximus; hic scribit se nunquam in *Aegypto* florentem vel fructum ferentem culcas vidisse. Idem refert *Bellonius* libr. 2. cap. 28. *Agri*, inquit, plurimis locis, oryza, papryo, muza erant arbore confiti, interdum etiam colocasia. Quia vero hujus colocasæ, quæ etiam lotus & faba *Aegyptia* appellatur (id jam falsum ostendimus) fructum magna diligentia perquisivimus, illiusque inquisitione Caii incolis ridendos nos præbuimus, occasionem sumpsimus inquirendi, cur veteres eam fabam *Aegyptiam* nominarint. (nunquam calcas sic vocarunt) cum fabas non ferat. Tandem hanc erroris originem esse deprehendimus. (vera profecto erroris ipsius *Bellonii* origo) *Herodotus*, auctor vetustissimus, duarum stirpium in *Nilo* nascentium meminit, quarum altera sit rotunda radice, quæ colocasia est (vide quæ supra dixi, item caput de loto, ubi luce meridiana clarius probatur gravissime errore *Bellonium*, qui heredoti verba negligenter legit) altera quidam olivarum nucleus simile, quodam capite ferat. Reliqui

ligni post eum auctores, alter alterius verba sequuti, ad arbitrium descripserunt. (mera calumnia, Theophrasti scripta contrarium docent) Nam quod Theophrastus spinosam ei radicem tribuit, (hoc paulo infra examinabitur) rem aliter se habere ipsa experientia docet. Dioscorides de faba Ægyptia agens, Theophrasti verba ferè expressit, & utrumque interpretatus est Plinius. Hæc Bellonius. Tandem diligentia Alpini observatum, florem ferre, lib.2. de Plantis exoticis cap. 18. ubi radices forma quoque differre observavit; nec tantum radices, sed folia; ac alteram quidem *μακρογόνην*, macrorizam, alteram Strogylorizam, scribe *στρογγυλογόνην*, vel strongylorizam vocat. Id est longam & rotunda radice præditam. *Μακρογόνης* folia longè minora cernuntur, tenuiora, & magis in acutum definentia coloris virentis dilutorius; pediculi itidem sunt longè subtiliores, gustus multò acrioris acutiorisque. Radix vero longè gracilior, exterius obscurior, intus non ita alba, ut altera visitur; saporis itidem acrioris; per rectum autem in terra manere videtur (id est in altum descendere) seu jacer ut betæ radix. Hanc colocasiā non admodum frequentem esse tradit, nec florem hujus sibi conspectum. De rotunda hæc tradit idem Alpinus his verbis. Præsentि hoc anno M. DC. XII. ex Ægypto varias radices colocassiarum accepimus vi- ventes; quasdam longas, quasdam rotundas, in quibus duas differentias observavimus, sc. quasdam illarū magnum malum coroneum rotundum æmulantes, quales accepi ab Antonio Antonini, qui multos annos & chirurgiam, & pharmacopoliā in Ægypto fecerat, qui que proximè Venetias ex Alexandria Ægypti venerat. Hæ radices germinant, ut omnes aliae bulbosae faciunt in apicis radicis medio: exterius rubescunt, intus candiant, gustu acres cum adstrictione observantur. Post aliquot menses alias, & longas & rotundas accepimus ex Cairo Ægypti a Mattheo Carbono Philosopho, & Medico illustri abhinc multos annos, ut superius quod dictum est, in Ægypto Medicinæ facienda causa, morato, amico plurimū observando. De longis satis superque diximus. Rotundæ a prioribus differre visæ sunt, quod prioribus longæ majores in latitudine quadrantibus fuerunt, & veluti compressæ, & latae, quæ id proprii habent, ut non omnes in apicis radicis medio germinent, at circū circa in apice nihil germinis in apicis medio producentes. In colore, gustuq; aliis similes visæ sunt. Sed age dicamus, quæ de his scitu digna existimavimus; & primo quod quædam illarum in hortulo nostro floruerint; atque postea, an hæc colocassia Aron Ægyptum sit æstimanda: de qua re tametsi sciam me abunde satis disputasse in nostra historia Ægyptiaca, in presentia majori veritatis argumento (quod hanc plantam floruisse viderimus) rursus accusationem sermonem habere instituimus, & in hoc sensu non dubitavimus septies etiam repetita fastidium studiosis nullum allatura, quod id a nobis fiat veritatis duntaxat indaganda studio. Neque immerito sane, cum haud nondū earum stirpium Aegyptiarum cognitio planè nobis innotuerit, Sed ad rem venio. Hoc anno inquam 1512. circa medium Iulii mensis radix colocassia rotunda, ex iis, quæ germinant in apicis medio, quam præterito anno acceperam ab Alexandria Aegypti ab Antonio Antonino, quæ erat amplitudine mali coronei, in secretiori meo hortulo terræ, mense Aprili constata; non sine maxima, & mei, & aliorum multorum admiratione unicum florem produxit, ex caulinculo rotundo per pediculi unius folii majoris fissuramexeunte, figura & magnitudine Ari flori quam simillimum, palparem longitudinem caulinculo cum flore non exceedingente. Primum caulinculus exit rectus, rotundus, asperagi crassitie, cum foliis istiusce plantis concolor, in cuius apice vagina seu involucrum longum, ari involucris simillimum cernebatur, minus quam in Aro, admodum in subtile definens, undique clausum, coloris aurei, cui viride sit permixtum. Quod biduo sese per longum explicuit, floremque exclusit digiti minoris longitudine, macropiperis crassitie, colore candido, ac veluti serpentes caudam, quasi serpentis linguum foris ex ore exsertam simulante, & post triduum involucrum cum flore, fere totum emarcuit, (quod non sine molesta tuli) forsitan ab immodica irrigatione. Hoc igitur inquam anno in nostro hortulo colocassia rorunda floruit, & non sine multa studiosorum, & admiratione, ac fere non parvo stupore, quos prius non la-

tuerat, ullam colocassiarum, vel in Ægypto, vel in Creta vel in Cypro, cum flore visam unquam fuisse. In Ægypto (ut alias quōque dixi) mihi conscius sum, nunquam colocassiarum aliquam, caulem vel florem prompsisse, Ægyptio:ū universorum testimonio longa experientia deprehensum esse constare; Jacobus Manus medicus Salodiensis, qui ante me multos annos in ea Provincia magna cum laude ad Venerum nationem Illustrissimam sanandam medicinam fecit, amicus mihi familiaris, saepius quam sanctè juravit se nunquam, et si magno studio perquisierit, potuisse aliquem florem in colocassis videre, & multo unius aliquem Ægyptium audire, qui forte florentem quampiam ex colocassis yiderit. Petrus Bellonius Cenomanus, olim simplicium medicamentorum indagator solertiissimus, expressit in suis itinerariis observationibus, plures ex Ægyptiis cum rogaſet, ut ipsi ostenderent colocassiarum flores & fructus, fuisse maximè derisum, quasi rem ridiculam petiſſet, qui ingenuè faterentur in eo solo nunquam vidisse flores in illis plantis, neque ab aliquo intellexisse eas plantas flores prompsisse, neque ullos fructus. His vero testimonis persuasus, nunquam ante hanc diem mihi potui persuadere, multo minus in aliis locis colocassiarum alienigenis, unquam in ipsis plantis flores conspectos fuisse, neque in alieno solo floruisse. Quis quælo me de hac re fortiter deprehendet? Quippe quod mordicus negaverim in Italia colocassias quasdam flores aliquando promere potuisse, si verum sit in Ægypto, solo illis patro, nunquam floruisse. Nunc vero ingenuè fateor, me falso id credidisse, cum in meo horto uno, ut dixi, ex colocassis macrorizis hoc anno vivens unicum florem pro-tulerit. Quem florem viderunt plures rei Botanicæ studiosi, cum Patavini, tum aliarum nationum. Primi fuerunt Germani tres, scilicet Henricus de Plettenberch Livonus, Iacobus Wolfgangus, Pomerus Norimbergensis, & Ioannes Henricus Kirchbergerus Norimbergensis, unus ex doctissimis meis auditoribus. Ex Pataviniis vero qui multa cum voluptate hunc florem diligenter conspexerunt, fuit Paulus Gualdus Vincentius Patavinæ Diœcesis Episcopi Vicarius admodum illustris, generisque nobilitate, & propriis virtutibus inter nobiles præfides plurimi æstimatus; simul cum admodum Reverendo Presbytero Laurentio Pignoria, morum suavitate, & reconditarum litterarum studiis editisque doctissimis scriptis apud Gymnasi Patavini, & professores, & studiosos maxime celebri, cū multum itidem Reverendo presbytero Martino Sandelli, D. Martini Patavii præside, viro in bonarum litterarum studiis exercitatiſſimo. Quid amplius dicam? Nonne fere innumerī medicinæ studiosi ipsum saepius, & videre & revidere voluerunt? Supposita vero hac veritate, scilicet, quod aliquando visum sit, colocassiarum quasdam floruisse (quod & Ferrandus Imperatus, & Fabius Columna, viri in naturæ cognitione eminentissimi, annis proximis me per litteras certum fecerunt; quippe non semel Neapoli alias ex colocassiis flores prompsisse) duo nunc cognoscenda proponimus: Unum, quamobrem quædam colocassiarum in Italia aliquando floruerint, & in Ægypto, Creta Insula, & Cypro locis iis plantis patriis, nunquam. Alterum, an Colocassia rotunda quæ florem fert, quod multis viris de plantarum studio bene meritis visum est, Aron dici debeat, aut possit. Quod ad primum pertinet sci licet cur sit, quod stirpes in Italia ipsis peregrina aliquando floruerint, nunquam vero in Ægypto, solo nativo ac proprio; hoc aliquibus referendum placuit, in earum radicum stirpium profertili satu defectio nem. Ægyptii enim quotannis, ut eas multiplicent in parva frustula radices antiquas secant, & iis radicum frustulis, veluti parvis terra confitis bulbis, eas stirpes conferunt, & hoc satu colocassiarum, abundantiam fibi incolæ quotannis comparant. Quo fit, ut radices colocassiarum quotannis culturæ caula in partes reciduntur, atque ex iis nulla perenniter vivat, atque idcirco ab ipsis florum & fructuum omnem foecunditatem tolli. Quod tamen ob eam causum fieri multi haud injuria negant, cum multæ ex iis stirpibus sint, quarum radices satus causa non secantur; quippe sylvestres perenniter viventes, quas tamen omnes steriles fuisse in eo solo constat. Nos vero istiusce varii eventus causam referendam putamus in Ægyptium solum, in quoæ stirpes vivunt pinguisimæ aquæ

" aqua Nili fluminis, omnium aquarum optima abunde
" irriguum, atque humens. In quo solo maximè hæ stir-
" pes luxuriant, plurimumque & in foliis & in radicibus
" augmentur, indeque radices maxime multiplicant, ut ob
" hanc causam & floribus & fructibus steriles reddantur:
" non secus quam fiat in omnibus plantis bulbos, ma-
" ximeque in narcysis, hyacinthis, bulbis eryphoros,
" bulbosisque iridibus, & aliis similibus. De quibus è to-
" pariis quotannis observatur, quæ ex iis plurimum in ra-
" dicibus augmentur, atque eas multiplicant in terra, mi-
" nus florum, vel nullos ferre. Unde fit, quod qui ex bul-
" bos plantis plures flores videre cupiunt, bulbos singu-
" lo triennio (quo tempore plurimum in radicibus mul-
" tiplicant) à terra eruunt, quos denuo in terra macra,
" cretosa, & mala conferentes, florum abundantiam sibi
" comparant; quoniam in macro & sicco solo neque in
" radicibus multum augmentur, neque eas multum multi-
" plicant; unde stirpium humor prolificus sursum in cau-
" les abundantius ex radicibus fertur, ad flores produ-
" cendos. Idem etiam evenire colocassiam bulbosis ra-
" dicibus credendum videtur, quia in Ægyptio solo na-
" tivo pinguisimo, optimo, maxime Nili aqua irrigato
" (quod Ægyptii ita procurant ad augendas calocassiarū
" radices, & ad easdem, questus causa, multiplicandas)
" consti ipsarum bulbi, plurimum aucti, plura eademq;
" amplissima folia cum maximis suis pediculis suppe-
" tunt, atque ab ipsis radices sunt maximæ, crassissimæ-
" que & in numero plurimum multiplicantes. In quibus
" (quod in ipsis nutrientis, augēdis, & multiplicandis fe-
" re ex toto humor alimentalis absolumatur) mirum non
" est, si floribus fructibusque sterilescant. In solo vero
" Italiae illis peregrino, minusque congruo, & pingui,
" cum eæ stirpes nedum in foliis, & radicibus multum
" non augentur, at quinimo plurimum decrescent, mi-
" noresque radices, numeroque pauciores ex ea incon-
" grua terra reddantur; mirum non est si humido ali-
" mentali partes superiores petete, aliquando flores pro-
" genuerunt. Itaque in radicibus colocassiarum amplis,
" crassis, & multum ab eo fœcundissimo solo enutritis,
" quæ ad nos ex Ægypti, aut ex Cretæ, aut Cypri aquis
" stagnantibus erutæ, deferuntur, oppositum fieri obser-
" vamus. Scilicet, ut dictum etiam est, easdem radices
" magnas, crassissimasque in Italico solo constitas, viven-
" tesque multum decrescere, parumque vel nihil hasce
" radices multiplicari. Quo mirari merito non oporteat,
" si aliqua ipsarum fœcundior in partibus supra radices
" positis effecta, visa sit aliquando florem aut fructum
" protulisse. Radix autem quæ in meo horto hoc anno
" unicum florem tulit, proximo anno ad me delata, e-
" rat magna, rotunda, ut maximum malum cotoneum
" cernebatur. Hæc cum multis aliis radicibus in horto
" posita, cito germinavit, multaque folia & ampla pro-
" duxit; hyeme vero ineunte, ex terra eruta, perlata,
" à terraque deterfa, & sole per dies aliquot probe sic-
" cata, per totam hyemem in meo cubiculo lignea pyxi-
" de clausa, conservata est, quæ à terra eruta longe mi-
" nor quam faerat posita evaserat, nihilunque multipli-
" caverat. Hæc vero, incipiente scilicet mense Aprili, an-
" ni præsentis, in eadem terra posita, tardius, quam fe-
" cerat anno præterito, germinavit, vixque folia tria-
" neque ampla prompsit, tardiusque etiam aucta. Ex
" fissura vero unius pediculi foliorum inferius, cauliculum
" exclusit semipalmū altum, rotundum, crassitie calami
" gallinacei, atque cum foliis concolorem, cumque cære-
" ris notis nuper expressis. Aliæ colocassiarum radices
" eodem tempore, quo ea, terræ constatæ, folia longe
" plura, atque ampliora produxerunt; unde nullum for-
" sitan ob id florem itidem produxerunt. Nos digna re-
" latione certi facti sumus, ex colocassis tantummodo
" strogylorizis, quasdam in Italia flores edidisse, aliquan-
" do unum, interdum duos, & nonnunquam etiam tres,
" ex ipsis vero fructus, ut sit in Aro in pistillo rotundo
" productos nunquam perfectam maturitatem acce-
" pisce. Hactenus Alpinus; Utrum culcas, de qua haec-
" nus sermo, petasitis libr. 7. cap. de aro disputatione.

" H. δι πίζα παχυτερά, &c. Supra dixi, radicem hanc vo-
" cari ηγλονγκόν, qua occasione de aro Ægyptio, sive cul-
" cas egimus. Cur culcas colocassium dicatur, exposuimus.
" cur fabæ hujus radix hoc nomine gaudeat, non video:
" nulla enim in ea tapetium, vel curtarum lacernarum figu-
" ra. Folia talem mentiuntur formam, quibus nomen il-
" lud melius conveniret. An igitur radici, tanquam parti
" præcipue, nomen hoc datum, cum folio propriè debere-
" tur? Ita quidem magnis viris videtur: Nempe folia fa-
" bæ Ægyptiæ ηγλονγκόν dicta sunt, quod exiguae lacernas

amplitudine sua imitarentur, indeque colocasia stipes to-
ta appellata fuit. Alii radicem ita nuncuparunt, quasi
partem præcipuam plantæ. Sic αλφιος Græci radicem
laeserpiti propriè dixerunt, quum tamen tota planta eo
gaudeat nomine. Radicem Theophrastus crassiorem in-
quit, calami crassissimi radice. Idem Dioscorides, πίζα
οἱ πίζαι παχυτερά καλάμου, βισσωπού, ἡδύτης, &c. ra-
dicis autem subjetat harundinis radice crassior: quæ coëta
crudaque est. Plinius, Sed radix per quam lauta incola-
rum cibis, cruda & omnino decocta, harundinum radicibus
similis. Immo crassior, quam crassissima harundinis ra-
dix. Malè corrigit, sed radix per quam lata. Radicem
enim tantum edulem ac lautam inquit, ex Theophrasto.

*Ἐπιπλός, αχνέσσων, &c. Vertunt; Et scriitur in limo
paleis large admistis, ut descendat. Sed paleæ impediunt
quo minus descendere possit. Palearum natura est su-
pernatare. Scribo, επιπλός φυεσών. In luto humecto &
benesubacto fabæ granum operiebant, & in flumen de-
jiciebant. Et sic legendum ante nos observavit Doctiss.
Salmatius: quod ex Dioscoride probatur, cum fabam ip-
sam καλάμον; veluti καλάμη dictam argutatur, quod luto
humecto velut arcula seri soleat. καλάμης οἱ καλάμοι ή κα-
λάντοι, άλγες τὸ τέλος φυτέων Θεοφράστου εἰς τὸν εὐθύνειον εἰς
ινοκάλαντα, οὐταν τὰ εἰς τὸ ιδος εἴπειν. Sic legendum supra
probavimus, φυεσῶν & φυεσών, fermento subigo, macero,
pinsō, mollio, in massam ago. Dioscorides libr. 2. cap. 43.
φυεσής εἰ τὴ ζέα, acetō maceratus. Hesychius, φυεσῶν, ζυ-
μοῖς, ταρσοῖς τῷ αλόγῳ.*

*Kai Διεργάσθησαν. Theodorus legit, καὶ μὲν Διεργάσθησαν.
Quod miror magnos viros probare. Si enim incorrupta
grana maneat, non possunt novas producere plantas: se-
men omne corrupti necessario debet, si germen ex eo
eruppet.*

*Π. λόιτανγος Ηλένον, &c. Cur fugit radicem croco-
dilus? quomodo oculis obesse potest terra undique tecta?
Nec sit verisimile, radicem hanc aquis superfluitare; sed
instar nymphæ, arundinis & similium palustrium plan-
tarum modo, in ipso aquarum fundo terra rectam esse.
Crocodilus in aquis, & lub aquis degit quidem, sed fun-
dum nec perforat, nec infodit, nec foramen aliquod fa-
cit. Αμφίσσιος animal est, in terra & aqua vivens, quod
non solet perforare fundum. Caulis vero supra terram
existit, à cuius spinis lædi potest. Scribo ergo, κανάλος εἰς
ινοκάλαντα. Hanc lectionem probat Plinius, libr. 18.
cap. 1. Nascitur & in Ægypto spinoso caule; qua de causa
crocodili oculis timentes refugint. Επιπλός Ηλένος, hoc loco,
leviter aculeatum, asprum, uti sonchus asper, quod ipsa
comprobat experientia. Hactenus viri doctissimi credi-
derunt vel vulgarem nymphæ, vel culcas jam descrip-
tum veterū fabam Aegyptiam esse: sed colocasium, sive
culcas satis probavi non esse fabam Aegyptiam, quod
nec radix, nec caulis, nec flos, nec fructus, nec ejus re-
ceptaculum, ullam cum faba Aegyptia habeant simili-
tudinem, sed omnia, ut uno verbo dicam, sint dissimilia.
Cælū & terra non magis differunt, quā faba Aegyptia &
culcas. Nymphæ semen in ciborio, in quo favorum in-
star cellulæ sunt, nec fabæ Græcæ simile, extra omnem
controversiam; nec tamen, ut recentiores tradunt, de-
cepti in fabæ historia veteres fuisse, nec fabulosa, ut
existimant, prodiderunt. Inventa hæc faba Aegyptia
nuper à Doctiss. Iusto Huernio, verbi divini in India
Orientali ministerio fidelissimo, & medicinæ Doctore
celeberrimo. Hic inter plantarum icones & descrip-
tiones, quas misit Clarissimo fratri Othoni Heurnio, ma-
gni Ioannis Heurnii filio, in Academia Leideni sum-
ma cum laude Medicinæ Professori primario, Theatri
Anatomici præfidi, præceptoris nostro nunquam satis
laudando, descriptis fabam Aegyptiam nymphæ glan-
diferæ regni Iavæ nomine, his fere verbis; *Nymphæ
glandifera Batavica Lavorum. Eius fungosus, rugosus calix
est, globum dimidium referens, viridis coloris, qui 12.
vel 17° loculus distinctus est, loculorum quivis glandi si-
milem fructum continet, ex violaceo nigricantem intus
albissimum, corculo viridi, adstringentis saporis & suba-
mari, ut glandium; siccatum, ut avellanarum. Caulis bi-
cubitalis sepe, rotundus, asper, fungosus. Nascitur in pa-
ludosis, & ad ripas fluviorum. Folia ingentia Batavicae nym-
phæ plane similia. Flos etiam nostratium similis, odoris va-
lidi, ut olei anisi. Hæc Heurnius. Nemo negare ausit hanc
esse fabam Ægyptiam, hunc scrupulum, si tollas, quod ait
florē nymphæ nostræ similem. Huic enim flos vel luteus,
vel albus: Theophrastus intenso roseo colore florem ait
fabæ. Sed quis nescit florum colores, pro cœli solique
ratione, admodum variare? Et fortassis cum vulgari nym-
phæ similem, ait Heurnius, vult positu ac forma simi-**